This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Det här är en digital kopia av en bok som har bevarats i generationer på bibliotekens hyllor innan Google omsorgsfullt skannade in den. Det är en del av ett projekt för att göra all världens böcker möjliga att upptäcka på nätet.

Den har överlevt så länge att upphovsrätten har utgått och boken har blivit allmän egendom. En bok i allmän egendom är en bok som aldrig har varit belagd med upphovsrätt eller vars skyddstid har löpt ut. Huruvida en bok har blivit allmän egendom eller inte varierar från land till land. Sådana böcker är portar till det förflutna och representerar ett överflöd av historia, kultur och kunskap som många gånger är svårt att upptäcka.

Markeringar, noteringar och andra marginalanteckningar i den ursprungliga boken finns med i filen. Det är en påminnelse om bokens långa färd från förlaget till ett bibliotek och slutligen till dig.

Riktlinjer för användning

Google är stolt över att digitalisera böcker som har blivit allmän egendom i samarbete med bibliotek och göra dem tillgängliga för alla. Dessa böcker tillhör mänskligheten, och vi förvaltar bara kulturarvet. Men det här arbetet kostar mycket pengar, så för att vi ska kunna fortsätta att tillhandahålla denna resurs, har vi vidtagit åtgärder för att förhindra kommersiella företags missbruk. Vi har bland annat infört tekniska inskränkningar för automatiserade frågor.

Vi ber dig även att:

- Endast använda filerna utan ekonomisk vinning i åtanke
  Vi har tagit fram Google boksökning för att det ska användas av enskilda personer, och vi vill att du använder dessa filer för enskilt, ideellt bruk.
- Avstå från automatiska frågor
  Skicka inte automatiska frågor av något slag till Googles system. Om du forskar i maskinöversättning, textigenkänning eller andra områden där det är intressant att få tillgång till stora mängder text, ta då kontakt med oss. Vi ser gärna att material som är allmän egendom används för dessa syften och kan kanske hjälpa till om du har ytterligare behov.
- Bibehålla upphovsmärket
  Googles "vattenstämpel" som finns i varje fil är nödvändig för att informera allmänheten om det här projektet och att hjälpa dem att hitta ytterligare material på Google boksökning. Ta inte bort den.
- Håll dig på rätt sida om lagen
  Oavsett vad du gör ska du komma ihåg att du bär ansvaret för att se till att det du gör är lagligt. Förutsätt inte att en bok har blivit allmän egendom i andra länder bara för att vi tror att den har blivit det för läsare i USA. Huruvida en bok skyddas av upphovsrätt skiljer sig åt från land till land, och vi kan inte ge dig några råd om det är tillåtet att använda en viss bok på ett särskilt sätt. Förutsätt inte att en bok går att använda på vilket sätt som helst var som helst i världen bara för att den dyker upp i Google boksökning. Skadeståndet för upphovsrättsbrott kan vara mycket högt.

Om Google boksökning

Googles mål är att ordna världens information och göra den användbar och tillgänglig överallt. Google boksökning hjälper läsare att upptäcka världens böcker och författare och förläggare att nå nya målgrupper. Du kan söka igenom all text i den här boken på webben på följande länk http://books.google.com/

STANFORD UNIVERSITY LIBRARY

The Law School

Gift of

Judge L.B. Goodman

CORPUS IURIS SUEO-GOTORUM ANTIQUI.

Volumen V.

Samling af Sweriges Gamla Lagar,

PÅ

KONGL. MAJ:TS NÅDIGSTE BEFALLNING

UTGIFVEN AF

D. C. J. Schlyter.

Femte Bandet. WESTMANNALAGEN.

LUND, 1841, i BERLINGSKA *Boktryckeriet.*

CODEX IURIS VESTMANNICI,

CUM NOTIS CRITICIS, VARIIS LECTIONIBUS, GLOSSARIO
ET INDICE NOMINUM PROPRIORUM.

Westmanna-Lagen,

UTGIFVEN

AF

D. C. J. Schlyter.

LUND, 1841, i BERLINGSKA *Boktryckeriet.*

PRAEFATIO.

I. De codicibus Iuris Vestmannici manuscriptis.

1. Codex membranaceus Bibliothecae Regiae Stockholmiensis, sign. B 54. Hic codex, tergino tegumento compactus, habet, praeter unum folium in initio voluminis insertum, quo non usus est scriba, 53 folia 8 pollices Suec. alta et 6 poll. lata, quorum quidem ultimum maiori ex parte abscissum est; hac tamen mutilatione, ex iis quae in fine codicis recentiori manu sunt addita, nihil periit; inter foll. 45 et 46 vero folium prorsus exsectum est, qua re mutilatus est ipse textus codicis iuris [1]). Ultimo folio verso legitur nomen *Iohan Stiernhöök;* folio in initio libri inserto adnotatum est: *"Dalelagen.* (rec. man. mutatum in *Dalslagen*, eademque manu additum: *förährat till Kongelig Archivum och) "Jnlefuererat af Höffrådh Stiernhöök in Augusto 1669"*; ac infra: *"detta exemplar haf:r Hadorphius ved sin edition brukat."* Stiernhöök Stockholmiae adquisiverat hunc codicem [2]), qui, cuius antea fuisset, non constat; ex praefatione a Stiernhöök conscripta tamen adparet illustrem quendam virum olim in manibus suis habuisse hunc codicem, vel forte alium huic similem. Iam ex adnotatione supra commemorata adparet olim credi-

FÖRETAL.

I. Om handskrifterna af Vestmannalagen.

1. En Kongl. Biblioteket i Stockholm tillhörig pergamentscodex, sign. B 54. Denne i skinnband bundne codex innehåller, utom ett i början inhäftadt, af skrifvaren obegagnadt blad, 53 blad af 8 Svenska tums höjd och 6 tums bredd; det sista bladet är dock till större delen bortskuret, utan att likväl något af de tillägg, som i slutet af denna handskrift af senare hand blifvit gjorda, derigenom gått förloradt; men emellan foll. 45 och 46 är ett blad alldeles bortskuret, hvarigenom sjelfva lagbokens text blifvit stympad [1]*). På baksidan af sista bladet läses namnet* Iohan Stiernhöök; *och på det i början inhäftade rena bladet är antecknadt:* "Dalelagen." *(af en nyare hand ändradt till* Dalslagen, *äfvensom samma hand tillagt:* förährat till Kongelig Archivum och) "Jnlefuererat af Höffrådh Stiernhöök in Augusto 1669"; *och nedanför:* "detta exemplar haf:r Hadorphius ved sin edition brukat." *Stjernhöök hade öfverkommit denna handskrift i Stockholm* [2]*); hvem som förut varit dess egare är obekant; dock synes af det företal Stjernhöök författat, att "en förnämlig man" hade tillförene haft i sina händer denna handskrift, eller möjligtvis en annan af samma slag. Redan af nämnda*

1) Cfr. not. 32. pag. 66.
2) Hadorph, praef. ad codicem sub nomine Iuris Dalecarlici editum.

1) Jfr. not. 32. sid. 66.
2) Hadorph, företalet till Dalelagen.

tum esse hoc volumen continere codicem iuris regionis Dalecarlia (*Dalarne*) dictae; at contra ego maneo in sententia, quam iam pridem professus sum [3], cuiusque rationes in sequentibus exponam, fictum hunc iuris Dalecarlici codicem non aliud esse quam antiquiorem codicem iuris Vestmannici, quod contra in recentiorem formam redactum continent ceteri omnes manuscripti codices adhuc exstantes. Ipse iuris codex, quem exhibet prior pars huius editionis, cum titulo: iuris Vestmannici, codex antiquior, occupat, in manuscripto codice, folia 45; post haec locum habuit folium iam deperditum; sequens fol. 46 de codice iuris tantum ultima verba continet. Calci codicis iuris rec. manus versus finem saeculi XV addidit constitutionem Calmariensem de anno 1474, una cum minoribus quibusdam adnotationibus de mulcta Regi soli pendenda &c. Medio saeculo XIV exaratus esse videtur ipse iuris codex; scripturae specimina exhibet Tab. I. Lineae hic, ut mos fuit in antiquioribus codicibus manuscriptis, atramento ad regulam ductae sunt; illarum vero linearum interdum, ut in pri-

3) In publicis praelectionibus de historia iuris Suecani iam a. 1835 in Academia Upsaliensi habitis, et in libro meo *Juridiska afhandlingar, 1 häft.,* Upsalis a. 1836 edito, pag. 53, 81, 82 &c. J. J. Nordström, qui in opere suo: *Bidrag till den Svenska Samhälls-författningens historia,* Helsingf. 1839-40, diligenter usus est dicto libro, quem tamen ne uno quidem loco citare ei placuit, etiam dicit codicem supra commemoratum "in toto" iuris Vestmannici codicem antiquiorem esse videri (I. pag. VIII); ad quam rem probandam nullae tamen rationes adferuntur.

anteckning finner man att ifrågavarande handskrift blifvit ansedd innehålla en lagbok för Dalarne; hvaremot jag bibehåller den öfvertygelse som jag långt för detta tillkännagifvit [3], och för hvilken jag i det följande skall framställa grunderna, att denna förmenta Dalelag ej är annat än en äldre bearbetning af Vestmannalagen, hvaraf deremot alla de öfriga i behåll varande handskrifterna innehålla en nyare redaktion. Sjelfva lagboken, hvilken jag meddelat i första afdelningen af denna edition, under titel: den äldre codex af Vestmannalagen, uptager i handskriften 45 blad, hvarefter följt det numera förlorade bladet, och det nästföljande fol. 46 innehåller af lagboken endast de sista orden. Efter lagbokens slut äro af en senare hand från slutet af 15:de århundradet tillagda den så kallade Calmare Recess af år 1474, jämte några smärre anteckningar om Konungens ensak m. m. Sjelfva lagboken synes vara skrifven i medlet af 14:de århundradet; prof af stilen visar Tab. I. Linier äro här, såsom vanligt i äldre handskrifter, updragna med bläck; men af dessa linier finnes på flera ställen,

3) I mina redan år 1835 vid Upsala Universitet hållna offentliga föreläsningar öfver Sveriges laghistoria, äfvensom i det 1836 i Upsala tryckta första häftet af mina Juridiska afhandlingar, *sid. 53, 81, 82 &c. J. J. Nordström, som i sina* Bidrag till den Svenska Samhälls-författningens historia, *Helsingf. 1839-40, flitigt begagnat nämnda afhandlingar, dem han dock ej funnit för godt att på något enda ställe citera, antager äfven att ifrågavarande lag "i det hela" torde vara en äldre codex af Vestmannalagen (I. sid. VIII); men några grunder för denna åsigt anföras icke.*

ma pagina, vix adparet vestigium. Codex iuris incipit a libro de iure ecclesiastico, littera initiali grandiori rubra et caerulea, non vero rubrica ornato; ceteri libri habent litteras initiales caeruleas vel rubras, ac quoque rubricas, quas rec. man. atramento male renovavit [4]. Singuli libri non sunt divisi in capita; occurrunt tamen quibusdam locis in textu sectiones in nova linea incipientes ac ornatae litteris initialibus grandioribus caeruleis vel rubris, quibus, sicut in initio librorum, adnexa sunt ornamenta caerulea vel rubra secundum marginem folii [5]; nonnullis locis, ubi fortuito locus patuit rubricae, talis adposita est [6]. Minores textus sectiones saepe denotantur signo ¶ rubro, quo punctum ad periodum proxime antecedentem pertinens haud raro tegitur; litterae maiusculae notantur rubra lineola. Littera *þ* hic frequens est; rarissime tantum eius loco occurrit *th* vel *t*; ð haud rarum est; uno tantum loco (KrB. 10.) runa ᛘ loco signi abbreviationis denotat vocem *maþer*; ʀ loco litt. *r* haud raro occurrit in fine vocabulorum. Littera *n* interdum notatur lineola, signo abbreviationis simili, cui vero nulla inest potestas [7]. Verba *kunungir*, *kunungs*,

4) Cfr. not. 1. pag. 11; not. 1. p. 16. &c.

5) Vide pag. 8, 10, 20, 23, 39, 42, 43, 44, 50.

6) Vide pag. 39, 42, 43, 44. — Fol. 34 (ad GB. 11.) locus patet rubricae, quae tamen heic non adposita est; de rubrica *ærfþa balkir* hoc loco forte cogitatum est.

7) Vide ex. c. *sten'*, Tab. I.

såsom på första sidan, numera knappt något spår. Lagboken börjar med en KristnuBalk, som är prydd med en större röd och blå begynnelsebokstaf, men saknar rubrik; de öfriga Balkarne hafva blå eller röda begynnelsebokstäfver, och äfven rubriker, hvilka senare blifvit af nyare hand illa updragna med svart bläck [4]*. Balkarne äro ej indelade i Flockar; dock förekomma på flera ställen inuti texten afdelningar, som börjas på ny rad med större blåa eller röda begynnelsebokstäfver, med hvilka, likasom vid Balkarnes början, sammanhänga blåa och röda prydnader långsefter marginalen* [5]*; på några ställen, der tillfälligtvis rum varit ledigt för en rubrik, finnes äfven en sådan* [6]*. Smärre afdelningar i texten utmärkas ofta med ett rödt* ¶*, som ej sällan betäcker den till näst föregående perioden hörande punkten; stora bokstäfver äro prydda med ett rödt streck. Bokstafven* þ *brukas här; endast högst sällan förekommer i dess ställe* th *eller* t; ð *är här icke sällsynt; endast på ett ställe (KrB. 10.) finnes runan* ᛘ *använd såsom förkortningstecken för ordet* maþer; ʀ *i stället för* r *förekommer ej sällan i slutet af ord. Bokstafven* n *är stundom märkt med ett streck, som liknar ett förkortningstecken, men är utan betydelse* [7]*. Orden* kunungir, kunungs, combir *fin-*

4) Jfr. not. 1. sid. 11; not. 1. s. 16. &c.

5) Se sid. 8, 10, 20, 23, 39, 42, 43, 44, 50.

6) Se sid. 39, 42, 43, 44. — Fol. 34 (vid GB. 11.) hade rum varit för rubrik, utan att dock någon sådan här blifvit tillsatt; tilläfventyrs har rubriken ærfþa balkir *på detta ställe varit tillämnad.*

7) Se t. ex. sten'*, Tab. I.*

combir haud raro abbreviata sunt [8]); praeterea abbreviationes non saepe occurrunt. In fine quaternionum custodes, quos dicunt, positi sunt. Ordinem verborum esse mutandum nonnullis locis adpositis signis est indicatum [9]). Litterae vel vocabula errato scripta saepe notantur subiectis punctis [10]), interdum ita notata, simul lineola inducta sunt [11]); interdum litterae errato scriptae deletae [12]) vel in alias mutatae sunt [13]). Uno loco vocabulum errato esse scriptum additis verbis indicatur [14]). Litterae vel verba omissa saepe supra lineam sunt addita [15]), nonnumquam vero infra lineam vel in margine [16]). Multis locis in margine leguntur breves adnotationes diversis manibus saeculo XVII, ex parte Latine scriptae, quae respiciunt ea quae textus continet, ex. c. "*de decimatione*", "*påske offer*" &c. Respectu habito orthographiae huius codicis, cuius scriptor non satis diligenter curavit regulas grammaticales [17]), haec observari merentur:

nas här ej sällan förkortade [8]); för öfrigt förekomma förkortningar ej ofta. I slutet af hvart lägg finnas så kallade custoder. Ordens ordning är på några ställen rättad genom tillsatta tecken [9]). Misskrifna bokstäfver eller ord äro ofta underprickade [10]), stundom både underprickade och öfverstrukna [11]); stundom äro misskrifna bokstäfver utplånade [12]) eller ändrade [13]). På ett ställe är ett misskrifvet ord rättadt genom ett tillägg [14]). Uteglömda ord eller bokstäfver äro ofta tillsatta öfver raden [15]), någon gång under raden eller i brädden [16]). I brädden finnas på många ställen af olika händer i 17:de århundradet skrifna korta anmärkningar, till en del på Latin, hvilka hafva afseende på textens innehåll, t. ex. "de decimatione", "påske offer" *&c. Angående orthographien i denna handskrift, der språket i grammatikaliskt afseende ej är synnerligen väl vårdadt [17]), anmärkes:*

---

8) Vide Tab. I.
9) Vide not. 10. pag. 18; not. 23. p. 23; not. 11. p. 61.
10) Vide not. 3. pag. 3; not. 21. p. 9; not. 17. p. 14; not. 3. p. 16. &c.
11) Vide not. 16. pag. 6; not. 54. p. 40; not. 13. p. 50.
12) Vide not. 18. pag. 7; not. 3. p. 12; not. 6. p. 16. &c.
13) Vide not. 5. pag. 12; not. 9. p. 13; not. 8. p. 17. &c.
14) "*biltughir ellæ brutlikin*", Eþs. 6: 1; quo indicatur loco v. *biltughir* legendum esse *brutlikin*. Cfr. not. 16. pag. 14.
15) Vide not. 5. pag. 4; not. 12. p. 5; not. 14. p. 6. &c.
16) Vide not. 10. pag. 5; not. 22. p. 52.
17) Exempli caussa adferantur ea quae occurrunt in ipso principio: *meþ sinæ naþa* pro: *meþ sinum naþum*, et: *moþir oc alguzhælgun* (nom.) pro *moþor oc aldra*

8) Se Tab. I.
9) Se not. 10. sid. 18; not. 23. s. 23; not. 11. s. 61.
10) Se not. 3. sid. 3; not. 21. s. 9; not. 17. s. 14; not. 3. s. 16. &c.
11) Se not. 16. sid. 6; not. 54. s. 40; not. 13. s. 50.
12) Se not. 18. sid. 7; not. 3. s. 12; not. 6. s. 16. &c.
13) Se not. 5. sid. 12; not. 9. s. 13; not. 8. s. 17. &c.
14) "biltughir ellæ brutlikin", *Eþs. 6: 1; hvarmed meningen är att i stället för* biltughir *skall läsas* brutlikin. *Jfr. not. 16. sid. 14.*
15) Se not. 5. sid. 4; not. 12. s. 5; not. 14. s. 6. &c.
16) Se not. 10. sid. 5; not. 22. s. 52.
17) Såsom exempel härpå må anföras hvad som förekommer genast i början: meþ sinæ naþa *i stället för* meþ sinum naþum; *äfvensom* moþir oc alguzhælgun *(nom.) i*

a occurrit pro *æ*, et contra; ex. c.	a *förekommer för* æ, *och tvärtom; t. ex.*
awarkar, frænzsama spiæl, wagh, wart; dænskir, mælsæghande, þræng.	
o vel *u* pro *a:*	o *eller* u *för* a:
holdi, suman, husuby manz.	
o pro *ö*, et contra:	o *för* ö, *och tvärtom:*
kops, moþærni; öföris, örkar, öskyldum, döma, höggir &c.	
y pro *i:*	y *för* i:
boyn, byuþir, luty, nyw, tyw &c.	
y pro *iu*, et *iw* pro *y:*	y *för* iu, *och* iw *för* y:
byþas, skytir, spiwrs.	
w pro *u:*	w *för* u:
w, wm, wp, hws, nyw, siw, tyw &c.	
ö pro *y:*	ö *för* y:
börþær mæn, föllis.	
w vel *u* pro *gu:*	w *eller* u *för* gu:
fiuwr, leukuna.	
d vel *ð* pro *t:*	d *eller* ð *för* t:
edzörd, huld, salð, sanð, ætihð.	
th pro *t* vel *tt:*	th *för* t *eller* tt:

annathigia, boeth, bolagth, edsörth, fæboth, giældith, laath, math, mith; owicth, ræthlica, sith, örthug &c.

---

guz hælgunna (gen.); porro: *strængir* (nom.) pro *stræng* (acc.), KrB. 5: pr.; *söþir* pro *söþ*, BB. 50; *guzziuiu* (i. e. *guzziuiur*, acc. pl.) pro *guzziuium*, KrB. 6: 1; *i sin* (pro *sinum*) *ytirsta tima*, MB. 11; *annat* (pro *andru*) *sinnæ*, GB. 15; *vföda* pro *vföd*, GB. 2; *wt castaþir* pro *wt castat*, MB. 3: 2; *marght* pro *margh*, BB. 46: pr.; *a þe* pro *aghu þe*, BB. 21: 1. &c. Huc pertinent formae verborum regulis contrariae, ex. c. *soknaris* pro *soknara* (gen.), Þj. 15; *domarin* (acc.), *domarins*, pro *domaran*, *domarans*, ÞgB. 2: 1; 3: pr. &c.

stället för moþor oc aldra guz hælgunna *(gen.); likaså* strængir *(nom.) i st. f.* stræng *(acc.), KrB. 5: pr.;* söþir *i st. f.* söþ, *BB. 50;* guzziuiu *(d. ä.* guzziuiur, *acc. pl.) i st. f.* guzziuium, *KrB. 6: 1;* i sin *(i st. f.* sinum*)* ytirsta tima, *MB. 11;* annat *(i st. f.* andru*)* sinnæ, *GB. 15;* vföda, *i st. f.* vföd, *GB. 2;* wt castaþir *i st. f.* wt castat, *MB. 3: 2;* marght *i st. f.* margh, *BB. 46: pr.;* a þe *i st. f.* aghu þe, *BB. 21: 1. o. s. v. Hit höra oriktiga grammatikaliska former, t. ex.* soknaris *i st. f.* soknara *(gen.), Þj. 15;* domarin *(acc.),* domarins, *i st. f.* domaran, domarans, *ÞgB. 2: 1; 3: pr. &c.*

ir in fine vocabulorum plerumque occurrit pro *er:*

ir *förekommer vanligen i slutet af ord i stället för* er:

biscopir, combir, dræpir, fridir, markir, niþir, riþir, sandir, wiþir &c.

r in fine vocabulorum omittitur:

r *utelemnas i slutet af ord:*

atti, guzziuiu, kunu, manaþa, vpbyrþi, þingariþi.

Litterae saepe duplicantur:

Bokstäfver fördubblas ofta:

aa, aaflat, aal (pro *all*), *aax, faal* (pro *fall*), *naat, een, heem, aff, griiss, liius, siit, lughbockina, allna, skiællum, barnni, soknninni, thynnia, ægnnir, oop, hoor, sookn, tooc, cöpp, drapp, nærr, fryss,* ossn*ællom, iættir* (pro *ætir*), *lætt, nætt, bruun* (pro *brunn*), *bööt, föört, hööt* &c.

Litterae omittuntur:

Bokstäfver utelemnas:

lære(f)z, ma(l)sæghande, siæ(l)fskut, bi(r)gher, fy(r)sta, kasnawa(r)gir, sæ(t)s.

Duo vel tria verba in unum contrahuntur:

Två eller tre ord sammandragas till ett:

allimæn, ensmanz, ezin (pro *et sin*), *ezinni, fearsins, frælsman, halsic* (pro *hals sic*), *alguzhælgun.*

Iam allatis iis, quae de hoc manuscripto codice, litt. A a me insignito, memoranda esse mihi visa sunt, rationes quoque sunt exponendae, cur equidem statuerim hoc volumen continere antiquiorem iuris Vestmannici codicem, cum e contrario antea creditum sit idem volumen continere iuris Dalecarlici codicem, recentior vero auctor [18]) contenderit illud minime esse codicem iuris provinciae cuiusquam, sed tantum privati cuiusdam continere adnotationes. Rationes, quae ad firmandas diversas istas opiniones allatae fuerunt, primum breviter exponam, deinde quid ipse hac de re sentio explicaturus.

Sedan jag nu beskrifvit denna handskrift, hvilken jag utmärkt med bokstafven A, bör jag ej underlåta att upgifva skälen dertill, att jag ansett densamma innehålla en äldre bearbetning af Vestmannalagen, då den deremot förut blifvit hållen för att vara en lagbok för Dalarne, och en nyare författare åter [18]) *påstått att den föregifna Dalelagen alldeles icke är en lagbok för något visst landskap, utan endast en samling af enskilda anteckningar. Jag vill först i korthet framställa de skäl, som för dessa olika meningar blifvit anförda, och derefter redogöra för min egen åsigt af denna sak.*

---

18) G. E. Sundström, in commentatione Academica, Praeside Celeb. Professore J. E. Boëthio, Upsalis 1827 edita: *Lex Dalekarlica antiqua sub examen revocata,* pag. 6, 13.

18) G. E. Sundström, i en under Herr Professor J. E. Boëthii præsidium i Upsala 1827 utgifven Akademisk afhandling: Lex Dalekarlica antiqua sub examen revocata, *sid. 6, 13.*

Codicem, de quo sermo est, olim, ut supra dictum est, possedit Stiernhöök, qui eum anno 1669 Archivo Regio tradidit. Cum, ut videtur, mox cogitatum sit de hoc codice typis vulgando, Stiernhöök composuit praefationem ostensuram quaenam lex hoc volumine contineretur; qua de re neque titulo quodam nec alia ratione aliquid palam indicaret manuscriptus codex. Facta collatione id manifestum visum est Stiernhöök, hunc codicem nullum esse ex iis, qui iam typis essent vulgati (et inter quos etiam erat ius Vestmannicum). In alias itaque regiones oculos coniiciens, maxime cogitavit de codicibus iuris Smalandiae, Oelandiae, Nericiae et Vermelandiae, in nullo vero horum adquiescere potuit; ad ius Vermelandiae tantum aliqua probabilitas adesse ei visa est, ratione habita non solum ordinis iudiciorum in codice saepe memorato constituti, sed etiam eorum, quae ibi occurrunt de Danis et Anglis, quibus cum Vestrogotia maxime et Vermelandia commercium fuisse visum est. Quod ad Dalecarliam attinet, quae eidem ac Vestmannia legifero subiecta erat, credere non potuit Stiernhöök illam proprium habuisse codicem iuris, donec ei ante oculos venisset scriptum illustris cuiusdam viri, haud ita nuper compositum, ubi inserta erant fragmenta quaedam iuris Dalecarlici, quae iam in initio libri *Bygninga Balker* dicti codicis manuscripti deprehenderat Stiernhöök. Postquam id, quod antea credi non potuerat, Dalecarliam nempe proprium habuisse iuris codicem, mira quadam vi probabile reddiderat iudicium vel coniectura istius illustris viri, nuda citatione expressa, iam diversae

Enligt hvad förut är omnämndt, har Stjernhöök egt den ifrågavärande handskriften, hvilken han år 1669 öfverlemnat till Kongl. Archivet. Då fråga sannolikt genast upstod om tryckning af denna lagbok, författade Stjernhöök dertill ett företal, deruti det skulle visas hvad detta var för en lag, hvarom sjelfva handskriften icke genom någon öfverskrift eller på annat sätt lemnade bestämd uplysning. I afseende på denna fråga fann Stjernhöök det, vid anställd jämförelse, vara klart, att detta icke kunde vara någon af de landskapslagar, som redan voro af trycket utgifna (och bland hvilka äfven var Vestmannalagen). Han måste derför vända sina tankar åt andra håll, och satte dervid sitt ögonmärke mest på Smålands, Ölands, Nerikes och Vermlands lagböcker; men i afseende på ingendera funnos några nöjaktiga skäl; endast hvad Vermlandslagen beträffade var någon liknelse, i anseende till dels de instantier som i den ifrågavarande handskriften förekomma, dels hvad som der talas om Danskar och Engelsmän, hvilka "synas mest hafva haft sina commercia på Vestergötland och Vermland." Hvad angick Dalarne, så enär de med Vestmanland lydde under en lagman, hade man ej kunnat tro att den landsändan skulle hafva någon särdeles lag, intill dess Stjernhöök hade fått se "en förnämlig mans skrift", der för någon rund tid sedan hade blifvit utskrifna några fragmenter af Dalelagen, hvilka igenfunnits i början af BygningaBalken uti ifrågavarande handskrift. Då den "förnämlige mannens" endast genom en citation uttryckta omdöme eller gissning sålunda visat en förunderlig kraft att

adparuerunt rationes probantes dictum librum re vera continere ius Dalecarlicum; quod scilicet multa ibi occurrunt vocabula, quae isti tantum regioni nostro tempore sunt familiaria, ac inter illa vox *skafskogher*, quam corticem arborum, quae farinae commiscetur, denotare autumavit Stiernhöök; quod porro ex libro de iure ecclesiastico (6:1.) adparet pagos procul ab aedibus sacris sitos fuisse; ac praesertim id, quod in libro *Gipninga Balker* (11: pr.) dicitur, usque nempe a prima occupatione regionis *Dala* valuisse ea, quae illo loco sanciuntur. Adferuntur quidem rationes nonnullae dubitandi, quarum eam tantum hoc loco repetam, quod in hoc codice commemorantur hundreda *(hundari)* vel haeradae, quamvis in Dalecarlia nullae exsistunt haeradae; cui dubitationi Stiernhöök obiicit illam regionem non in haeradas quidem, attamen in hundreda vel paroecias esse divisam; hundredum (i. e. centuriam) enim olim constitisse centum viris fundos habentibus, tantos quoque complexas esse paroecias Dalecarlicas, in Uplandia contra ceterisque provinciis singulas paroecias primitus triginta tantum viros proprios fundos habentes continuisse. — Hadorph, qui hunc codicem typis vulgavit, ex loco libri *Gipninga Balker* nuper citato satis constare censuit illum ius Dalecarlicum continere; necesse tantum ei visum est probare nomen *Dala* isto loco significare Dalecarliam *(Dalarne)*, non vero Daliam *(Dalsland)*. Rationes hae praecipue sunt: Dalecarliam in omnibus veteribus scriptis appellari *Dala*, at Daliam non ita; Dalecarliam esse vastam regionem, quam proprias habuisse leges verisimile est, sicut proprium habuit sigillum; Daliam vero prisco tempore

göra det troligt, som man förut ej hade kunnat tro, eller att Dalarne skulle hafva haft en särdeles lag, så inställde sig nu flera skäl till bestyrkande af den mening, att den ifrågavarande lagboken verkligen var en Dalelag; såsom att der förekomma många ord, som endast i Dalarne numera äro brukliga; att der talas om skafskog, hvarmed skulle menas bark, som blandas med mjöl till föda; att det finnes af KristnuBalken (6: 1.) att byarne varit belägna långt ifrån kyrkan; och i synnerhet det som i GipningaBalken (11: pr.) förmäles derom, att vissa der förekommande stadganden hade gällt alltsedan Dala bygdes. Häremot anföras några betänkligheter, bland hvilka jag endast vill uprepa den, att i denna förmenta Dalelag talas om hundare eller härad, fastän i Dalarne inga härad finnas; hvaremot Stjernhöök invänder att Dalarne icke äro skiftade i härad, men väl uti hundare eller soknar; ty ett hundare bestod fordom af hundrade "besatte" bönder, och så många hafva soknarne i Dalarne innehållit, då deremot i Upland och de andra landskapen en socken ursprungligen ej haft mera än tretio bönder. — Hadorph, som i tryck utgifvit denna lagbok, har, på grund af det nyss anförda stället i GipningaBalken, ansett det vara afgjordt att den är en Dalelag; han har endast funnit nödigt att särskildt bevisa att namnet Dala *på anförda ställe beteknar Dalarne, och ej Dalsland. Grunderna äro förnämligast dessa: att Dalarne i alla gamla skrifter benämnas* Dala, *men icke så Dal; att Dalarne äro en stor och vid landsort, som sannolikt haft sin egen lag, såsom de haft ett eget sigill;*

numquam fuisse discretam regionem, sed partem Vestrogotiae ad legiferatum Vestrogoticum pertinentem, quam ob caussam in iure communi Christophoriano BygnB. 23 dicitur Dalia in Vestrogotia; hunc codicem iuri Vestmannico valde esse similem; hic commemorari *husabyman* ut praesidem provinciae vel praefectum, Huseby vero, ubi habitavit ille praefectus, situm esse in Dalecarlia, olimque fuisse sedem legiferi vel praedium regium. — Postquam, ex his rationibus, dictus codex typis vulgatus est cum titulo iuris Dalecarlici, de re non amplius disceptatum est, donec, in commentatione Academica supra commemorata, dubitationes contra fictitium codicem iuris Dalecarlici in medium proferrentur. Auctor istius commentationis ita disserit: Dalecarlia et Vestmannia in haec usque tempora communes habuerunt legiferos, quamobrem leges quoque iis fuisse communes, verisimile est (pag. 6, 8.). Hic igitur codex non potuit esse lex Dalecarliae propria, nec isti regioni fuit accommodatus, cum nihil contineat de fodina Falunensi, de opere carbonario aliisque rebus, de quibus in codice iuris Dalecarlici aliquid esse definitum fas esset credere (pag. 4, 5.); at contra anseres ibi commemorantur (KrB. 3: 1; BB. 39: 6.), qui nostro quoque tempore in meridialibus tantum Dalecarliae partibus, Vestmanniae finitimis, apud locupletiores quosdam rusticos passim inveniuntur (pag. 10, 11.). Nonnulla quidem vocabula in hoc codice occurrentia adhuc in Dalecarlia audire licet; haec vero aliis etiam locis olim vulgaria fuisse, verisimile est; pariter ac nomen Husby, quod in Dalecarlia invenit Hadorph, in mul-

hvaremot Dal aldrig varit en särdeles landsort för sig sjelf i forntiden, utan en del af Vestergötland, och till dess lagsaga hörande, hvarför det ock i Christoffers Landslag BygnB. 23 kallas Dal i Vestergötland; att denna lagbok har mycken likhet med Vestmannalagen; att här talas om husabyman *såsom en landsfogde eller höfding, men Huseby, der denne fogde bott, är beläget i Dalarne, och har fordom varit såsom en lagmans- eller kungsgård. — Sedan, på dessa grunder, ifrågavarande lagbok blifvit tryckt med titlen Dalelag, har saken icke varit ansedd såsom tvist underkastad, till dess, uti förutnämnda akademiska afhandling, tvifvelsmål blefvo ytrade emot den föregifna Dalelagen. Författaren af anförda afhandling anmärker att Dalarne och Vestmanland ända till vår tid haft gemensam lagman, och derför ock sannolikt samma lag; att således Vestmannalagen har gällt för hela denna lagsaga (sid. 6, 8.). Den föregifna Dalelagen har alltså icke kunnat vara en lagbok för Dalarne, för hvilken landsort den icke heller finnes vara passande, enär der icke förekommer något om Falu grufva, om kolning m. fl. ämnen, om hvilka man skulle vänta att finna stadganden i en Dalelag (sid. 4, 5.); deremot omtalas der gäss (KrB. 3: 1; BB. 39: 6.), som ännu på vår tid icke finnas utan hos förmögnare bönder i den södra, till Vestmanland gränsande delen af Dalarne (sid. 10, 11.). Några der förekommande ord äro väl ännu brukliga i Dalarne, men i äldre tider hafva dessa ord troligen varit brukliga äfven i andra landskap, likasom namnet Husby, hvilket Hadorph*

tis aliis provinciis occurrit (pag. 12.). Si vetus iuris sanctio de successionibus hic commemorata (GB. 11: pr.) in illa usque tempora perdurasset, cum leges Christophorianae promulgatae sunt, memoria tam singularis usus non cito exstingui potuisset; at in codice legum nuper dictarum manuscripto, quem nunc possidet vir perillustris, H. Iärta, Dalecarliae antehac Gubernator, saeculo vero XVI possederunt iudices quidam Dalecarliae, inter alias adnotationes leguntur quaedam de iure hereditario, ex antiquioribus, ut dicitur, legum codicibus hausta; neque vero hic ullum exstat vestigium singularis illius ordinis successionis, qui sancitur in codice de quo nunc sermo est, nec ullo loco de lege quadam Dalecarliae peculiari mentio fit (pag. 9, 10.). Si praeterea codici Vestmannico conferatur dictus codex, facile adparet illum esse distinctum et plenum, hunc vero confusum et imperfectum esse, ac nonnulla continere, quae publica auctoritate valere non potuerint, ex. c. quae de mulctarum quarundam quantitate et divisione hic sanciuntur (pag. 7, 8.). Hoc igitur opus nihil, ut videtur, aliud continet, quam privati cuiusdam adnotationes, publica auctoritate destitutas; praeviam forsan commentationem, qua dein substructa fuit lex Vestmannica, immixtis variis, quae partim ex ceteris legibus, Uplandica imprimis, excerpsisset compilator, partim ex proprio arbitrio depromsisset (pag. 6, 7.). Attamen ea quoque proponitur opinio, hunc codicem forsan addicendum esse Nericiae, quae antiquitus integram nomarchiam constituit, ac proprias leges habuisse dicitur (pag. 13.).

Etsi auctor nuperrime commemoratus, me iudice, a vero haud procul

igenfunnit i Dalarne, också finnes i många andra landskap (sid. 12.). Om den här omnämnda gamla lagen om arf (GB. 11: pr.) hade gällt ända till dess K. C h r i s t o f f e r s *Landslag stadfästades, så hade minnet af ett sådant eget förhållande ej kunnat med ens utplånas; men uti en Herr Landshöfdingen m. m. H.* J ä r t a *tillhörig handskrift af nämnda Landslag, hvilken i 16:de århundradet tillhört några domare i Dalarne, finnas, bland andra anteckningar, ett stycke om arf, "utdraget af de gamle lagböcker"; men hvarken finnes der något spår af den i den föregifna Dalelagen stadgade arfsordning, ej heller talas der någorstädes om någon Dalelag (sid. 9, 10.). Om man för öfrigt jämför den förmenta Dalelagen med Vestmannalagen, så finner man att den senare är tydlig och fullständig, den förra deremot är oredig och ofullständig, och innehåller dessutom stadganden, som ej kunnat hafva gällande kraft, såsom i afseende på vissa böters belopp och fördelning (sid. 7, 8.). Detta arbete innehåller derför troligen icke annat än någon enskild mans anteckningar, utan offentlig auktoritet — möjligtvis en förberedande upsats, hvilken sedermera blifvit lagd till grund för Vestmannalagen, och hvari åtskilligt blifvit inblandadt, som författaren dels hämtat ur andra lagar, i synnerhet Uplandslagen, dels efter eget godtycke tillsatt (sid. 6, 7.). Dock ytras äfven den tanke, att denna lagbok möjligen kunde hafva tillhört Nerike, som af ålder utgjort en särskild lagsaga, och äfven skall hafva haft sin egen lagbok (sid. 13.).*

Ehuru sistanförde författare, enligt mitt omdöme, kommit sanningen tem-

abest, id tamen quod statuit, codicem hactenus iuris Dalecarlici nomine insignitum, non fuisse iuris codicem, sed privati tantum hominis adnotationes publica auctoritate destitutas continere, nititur falsa omnino opinione de origine codicum iuris provinciarum. Si, sicut hodie, eo quoque tempore, quo valuerunt isti codices, rei ita fuisset comparatum, ut scriptum iuridicum in legis formam redactum, nisi a potestate legislatoria confirmatione rite esset munitum, non accipere potuisset nomen codicis iuris, sed tantum rogatae legis vel theoreticae commentationis; si, inquam, ita fuisset, quaerendum sane esset utrum hoc opus re vera fuerit codex iuris an privati tantum hominis adnotationes, idemque etiam quaerendum esset de plerisque ceterorum codicum iuris provinciarum, de quibus non magis quam de eo, de quo nunc sermo est, constat an rite fuerint confirmati. At longe aliter isto tempore res se habuit. Legiferi erat ad iuris disciplinam evolvendam conferre, idque non tantum legibus specialibus casibus adplicandis, verum etiam legibus continua serie recitandis coram populo in conventibus iudicialibus congregato; hunc vero in finem necesse fuit leges in scripturam redigere factis adnotationibus, quae primitus breves et mancae, procedente tempore magis magisque evaderent ordinatae plenaeque [19]. Quod nonnulli iuris codices, ex specialibus caussis, muniti sunt regia confirmatione, inde non sequitur talem confirmationem in universum es-

ligen nära, så grundar sig dock hans påstående att den hittills så kallade Dalelagen icke skulle hafva varit någon lagbok, utan endast en enskild mans anteckningar utan offentlig auktoritet, på en alldeles oriktig föreställning om landskapslagarnes upkomst. Om förhållandet på den tid då dessa lagar gällde, hade varit sådant som nu, att en juridisk skrift, författad i form af lag, om den ej erhållit formlig stadfästelse af vederbörlig lagstiftande myndighet, ej hade kunnat få namn af lagbok, utan endast af ett lagförslag eller en theoretisk afhandling, så måste visserligen fråga upstå derom, huruvida förevarande arbete verkligen varit en lagbok, eller endast en enskild mans anteckningar; och denna fråga måste äfven sträcka sig till de flesta öfriga landskapslagarne, om hvilka man lika litet som om den nu ifrågavarande, har sig bekant att de blifvit formligen stadfästade. Men förhållandet var helt annorlunda på den tiden. Det var lagmannen som det tillhörde att utbilda rättssystemet ej blott genom lagarnes tillämpning på särskilda förekommande fall, utan ock genom deras förkunnande i ett sammanhang för det på tingen församlade folket; och för detta behof blef det nödvändigt att bringa lagarne i skrift genom anteckningar, som, i början korta och ofullständiga, med tiden blefvo alltmera ordnade och fullständiga [19]. Att några lagböcker, af särskilda anledningar, erhöllo kunglig stadfästelse, bevisar icke att en sådan skulle i allmänhet hafva

19) Cfr. librum meum *om Sveriges äldsta indelning i landskap och landskapslagarnes upkomst*, Ups. 1835, pag. 59 et seqq.

19) Jfr. min afhandling om Sveriges äldsta indelning i landskap och landskapslagarnes upkomst, *Ups. 1835, sid. 59 o. f.*

se necessariam existimatum fuisse, quod veritati non esse consentaneum etiam comprobat codex iuris communis Magnaeanus, qui etsi, quantum constat, non confirmatus, tamen per omne regnum aboluit leges provinciales. Certe itaque tantum abest ut probari possit opus, de quo nunc agitur, quodque non minus quam ceteri codices iuris provinciales habet externam legis formam, publica confirmatione fuisse munitum, ut potius contraria sententia verisimilior sit; idem vero omnino valet de plerisque ceterorum codicum iuris provincialium. Hunc codicem et mancum esse et aliis mendis laborare, facile concedatur; absurdum vero esset contendere omnes ceteros codices, de quibus, an re vera leges fuerint, non est dubitatum, plenos esse vitiisque immunes; nec minus absurdum esset statuere necesse esse ut omnia eiusmodi opera, si nomen codicis iuris iis tribuatur, pari omnino arte sint composita — quod ne cogitari quidem potest. Quod denique attinet ad quantitatem et partitionem mulctarum quarundam in hoc codice statutarum, sufficiat observare haec nihil omnino probare. Tuti igitur statuere possumus huic operi nomen codicis iuris esse tribuendum, idque eodem iure eodemque sensu ac ceteris codicibus iuris provinciarum. Quaeritur itaque cuinam provinciae adscribendus sit hic codex. Eum continuisse ius Nericiae, ex eo quidem coniici posset, quod ab altera parte multa hic conveniunt cum codice Vestmannico, ab altera vero quaedam ex iure Sudermannico hausta sunt; at ita non esse, ex eo evidens est, quod Dalecarliae hic expresse fit mentio; ac mani-

varit ansedd som oumbärlig, hvilket visserligen icke var förhållandet; såsom ännu K. Magnus Erikssons Landslag bevisar, hvilken, så vidt bekant är, ej erhöll stadfästelse, men likväl snart öfver hela riket undanträngde landskapslagarne. Det är således visserligen både möjligt och troligt att ifrågavarande arbete, hvilket, lika mycket som de öfriga landskapslagarne, har den ytre formen af en lag, ej erhållit formlig stadfästelse; men alldeles samma förhållande är med de flesta öfriga landskapslagarne. Att denna lagbok både är ofullständig och har andra brister, må gärna medgifvas; men att påstå att alla de öfriga lagböckerna, hvilkas egenskap af lagar icke är ifrågasatt, äro fullständiga och felfria, vore en orimlighet; likasom det vore orimligt att påstå att alla dylika arbeten, om de skola såsom verkliga lagböcker erkännas, måste vara författade med en alldeles lika grad af skicklighet — något som i sig sjelft är alldeles otänkbart. Beträffande ändtligen de här förekommande särskilda stadganden om vissa böters belopp och fördelning, så torde det vara nog att härom anmärka att detta bevisar jämnt ingen ting. Vi kunna således tryggt låta ifrågavarande arbete gälla som en lagbok, med lika rätt och i samma mening som de öfriga landskapslagarne. Fråga blir då hvilket landskap denna lag har tillhört. Att den skulle hafva varit Nerikes lagbok, dertill kunde väl det antagas såsom skäl, att å ena sidan mycket här öfverensstämmer med Vestmannalagen, men å andra sidan också åtskilligt är hämtadt ur Södermannalagen; men deremot bevisas motsatsen tydligen deraf, att Dalarne här uttryck-

festum quoque est ea quae, testantibus litteris Regis Magni Erici filii ad inhabitatores Nericiae, die beati Iohannis ante portam Latinam (6 Maii) a. 1330 datis, in codice iuris Nericiae statuerentur de hospitiis[20]) (eadem sine dubio quae ex edicto R. Magni de a. 1285, statuto scilicet Alsnoënsi, in alios quoque codices iuris provinciarum, inter quos codicem Vestmanniae recentiorem, KöpB. 12, sunt translata), in codice de quo nunc agitur desiderari. Hunc codicem Dalecarliae proprium fuisse, credi quidem posset ea ex ratione, quod de ordine successionis GipnB. 11: pr. statuto dicitur eum valuisse *æ siþan dala bygdhus*, i. e. inde a tempore quo primum habitaretur Dalecarlia; attamen, etiamsi hac re evidens est Dalecarliam pertinuisse ad illam provinciam, in cuius usum compositus est hic codex, inde non sequitur illam provinciam sola Dalecarlia constitisse, quod omnino refellitur aliis cognitis rebus; sicut perversum esset inde, quod in fragmento codicis iuris provinciae Tiohärad adhuc exstante nominantur quattuor loca in territorio Upvidinge sita, concludere istum codicem ad hoc tantum territorium, non vero ad totam pro-

ligen nämnas; äfvensom det är uppenbart att de i Konung Magnus Erikssons Bref till Nerikes inbyggare, dat. die beati Iohannis ante portam Latinam *(d. 6 Maj) 1330, omnämnda stadganden om gästning, hvilka funnos i Nerikes lagbok* [20]*) (utan tvifvel samma stadganden, som ur K. Magni förordning af 1285, eller den så kallade Alsnö stadga, blifvit införda i flera af de öfriga Landskapslagarne, och äfven i den yngre Vestmannalagen, KöpB. 12.), icke finnas i den nu ifrågavarande. Att denna lagbok skulle hafva tillhört Dalarne särskildt, dertill kunde väl någon anledning hämtas deraf, att det i GipnB. 11: pr. säges att den der stadgade arfsordning gällt* æ siþan dala bygdhus; *men, ehuru deraf är tydligt att Dalarne hört till det område, för hvilket denna lagbok blifvit författad, så kan deraf icke anses bevist att detta område utgjorts af Dalarne ensamt, då ett sådant antagande bestämdt vederlägges af andra kända förhållanden; likasom det vore högst oriktigt att af den omständighet, att i den del af Tiohärads lagbok som ännu finnes i behåll, nämnas fyra ställen som äro belägna i Upvidinge härad, draga den slutsats, att lagboken gällt för detta härad ensamt,*

20) "Statuimus ... et ordinamus ... modumque et formam hospitalitatis contentos in libro vestro legali per magnificum principem dominum Magnum quondam Regem Swethie auum nostrum karissimum condito, quem eciam specialiter quantum ad hunc articulum, approbamus, et auctoritate presencium confirmamus, erga omnes in omnibus inuiolabiliter obseruare." Cfr. Suhm, *Hist. af Danmark*, XII. pag. 382, et meum librum *Jurid. afhandl. 1 häft.* pag. 48, 49.

20) "Statuimus ... et ordinamus ... modumque et formam hospitalitatis contentos in libro vestro legali per magnificum principem dominum Magnum quondam Regem Swethie auum nostrum karissimum condito, quem eciam specialiter quantum ad hunc articulum, approbamus, et auctoritate presencium confirmamus, erga omnes in omnibus inuiolabiliter obseruare." *Jfr. Suhm,* Hist. af Danmark, *XII. sid. 382. Mina* Jurid. afhandl. *1 häft. sid. 48, 49.*

vinciam pertinuisse [21]). Iam **Stiernhöök**, ut antea observatum est, incredibile visum erat Dalecarliam, quae eidem ac Vestmannia legifero subiecta esset, proprias habuisse leges, quamvis illustris quidam vir, qui hoc forsan non secum reputaverat, hunc codicem sub nomine iuris Dalecarlici citando, potuit inducere Stiernhöök in sententiam, quam falsam esse iam antea intelligere potuerat. **Hadorph** quoque, probaturus nomen *Dala* l. c. denotare Dalecarliam non vero Daliam, observat Daliam in Vestrogotia prisco tempore numquam fuisse discretam regionem, sed partem Vestrogotiae ad legiferatum Vestrogotiae pertinentem, pariter ac Vaerendia in Smalandia constat quibusdam territoriis ad legiferatum Tiohärad pertinentibus; rem vero ita se habuisse satis constare ex codice Christophoriano BygnB. 23, ubi Dalia in Vestrogotia commemoratur; at eum, mirifice occaecatum, fugit Dalecarliam prisco tempore non fuisse discretam regionem sed partem Vestmanniae ad legiferatum Vestmannicum pertinentem; quod non minus evidenter constat ex eodem loco codicis Christophoriani, ubi commemoratur Dalecarlia in Vestmannia. Hoc ipsum, quod Dalecarlia fuit pars Vestmanniae, non vero discreta provincia [22]),

och ej för hela lagsagan [21]*). Redan* ***Stjernhöök*** *hade, såsom förut är anmärkt, insett otroligheten deraf att Dalarne, som "med Vestmanland sorterade under en lagman", "skulle hafva någon särdeles lag", ehuru "en förnämlig man", som tilläfventyrs icke betänkt detta förhållande, endast dermed att han citerat denna lagbok under namn af Dalelagen, förmådde att föra* ***Stjernhöök*** *på en mening, hvars oriktighet han redan hade kunnat inse. Äfven* ***Hadorph****, då han skall bevisa att med* dala *på anf. st. menas Dalarne och ej Dalsland, anmärker att "Dal i Vestergötland hafver aldrig varit en särdeles landsort för sig sjelf i förtiden, utan en del af Vestergötland och under dess lagsaga beläget, såsom Värend i Småland, beståendes af några härader under Tio härads lagsaga, hvilket tydligen bevisas af BygnB. LL. 23. Cap., hvaräst* Dal i Vestergötland *nämnes"; men genom en besynnerlig förblindelse besinnar han icke att Dalarne icke heller hafva varit en särdeles landsort för sig sjelf i förtiden, utan en del af Vestmanland, och under dess lagsaga belägna, såsom lika tydligt bevisas af samma ställe i LL., der* Dala i Vestmannaland *nämnas. Just denna omständighet, att Dalarne voro en del af Vestmanland, och ej utgjorde en särskild lagsaga* [22]*),*

---

21) Cfr. librum meum *Jurid. afhandl. 1 häft.* pag. 15.

22) Saeculo XVIII Vestmannia et Dalecarlia quidem alternis vicibus divisae fuerunt in duos pluresve legiferatus, ac iterum coniunctae (vide **Hülphers**, *Dagbok öfver en resa i Stora Kopparbergs höfdingedöme*, pag. 481.); hoc vero ad rem, de qua nunc agitur, nihil attinere, manifestum est.

21) Jfr. mina Jurid. afhandl. *1 häft. sid. 15.*

22) I sistförflutna århundradet hafva Vestmanland och Dalarne flera gånger varit än delade i två eller flera lagsagor, än åter sammanslagna (se ***Hülphers****,* Dagbok öfver en resa i Stora Kopparbergs höfdingedöme, *sid. 481.); men detta har naturligtvis intet inflytande på närvarande fråga.*

aeque evidenter probat Dalecarliam non habuisse proprias leges, ac ex pari ratione, ut ipse recte observavit Hadorph, concludere licet Daliam non potuisse habere proprias leges. Alio itaque argumento non opus est, quo probetur codicem, de quo agitur, non potuisse ad Dalecarliam solam pertinere; ex variis autem, quae continet hic codex, eadem res evidens est. Quaedam huc pertinentia, ac partim iam a Stiernhöök allata, supra sunt commemorata, ex quibus tantum id unum, quod maximi est momenti, nunc repetere liceat, quod nempe multis locis mentio fit de hundredis *(hundari)*, quae in Dalecarlia numquam exstiterunt. Ad hanc difficultatem removendam affert quidem Stiernhöök Dalecarliam non esse divisam in territoria *härad* dicta, attamen hundreda vel- paroecias continere; hac vero re satis patet quam afflicta esset caussa quam defendendam susceperat Stiernhöök, cui non potuit esse incognitum, quod in provinciis Suethicis appellaretur *hundari*, idem omnino esse quod in Goticis provinciis insigniretur nomine *hæraþ*, quod nomen recentiore tempore in istis quoque provinciis, ubicumque exstitit haec terrae divisio, locum prioris denominationis occupavit. Observandum quoque est non uno tantum loco heic occurrere nomina *land* (ex. c. *vart land*, nostra provincia), *land ok laghsagha, land ok laghskila, lands næmpd* [23]), quae terram in qua valuit hic iuris codex respicere manifestum est; at Dalecarlia non potuit habere nomen provinciae *(land)*, cum pars tantum esset provinciae, scilicet Vestmanniae. Quod heic

är ett lika afgörande bevis att Dalarne ej hade särskild lag, som alldeles enahanda förhållande bevisar, såsom Hadorph sjelf riktigt anmärkt, att Dalsland ej kunde hafva särskild lag. Således behöfdes ej annat bevis att ifrågavarande lagbok ej kunnat vara en särskild lag för Dalarne; men härtill komma flera af lagbokens innehåll hämtade skäl. Åtskilliga sådana till en del redan af Stjernhöök anförda betänkligheter hafva redan blifvit omnämnda, af hvilka jag nu endast vill uprepa den mest betydande, att här på många ställen talas om hundare, *hvilka i Dalarne aldrig funnits. Denna betänklighet söker Stjernhöök väl undanrödja med det föregifvande, att Dalarne icke äro skiftade i härad, men väl uti hundare eller soknar; men denna undflykt visar tillräckligen huru sjuk den sak var, som Stjernhöök hade åtagit sig att försvara, enär han ej kunde vara okunnig derom, att hvad som i Svea landskapen hette hundare, var alldeles det samma som i de Götiska landskapen kallades härad, hvilken benämning på en senare tid i Svea landskapen, så vidt denna indelning sträckte sig, uttrångde den förra. Äfven må anmärkas att här på flera ställen förekomma benämningarne* land *(t. ex.* vart land*)*, land ok laghsagha, land ok laghskila, lands næmpd [23]*), hvilka tydligen betekna det område för hvilket lagboken gällde; men Dalarne kunde ej få namn af* land, *emedan de endast utgjorde en del af ett land, nemligen Vestmanland. Att Dalarne här nämnas, bevisar således väl att denna lagbok till-*

---

23) Vide Glossarium.

23) Se Glossarium.

mentio fit Dalecarliae, id quidem probat hunc codicem pertinuisse ad provinciam, ubi sita erat Dalecarlia; neutiquam vero illum huic tantum parti illius provinciae fuisse proprium. Nec magis ad hoc probandum valent cetera argumenta, quae in hunc finem allata fuerunt. Non valet id, quod nonnulla vocabula hic occurrentia adhuc Dalecarliae incolis sunt familiaria; multa enim vocabula quae occurrunt non tantum in hoc, sed etiam in ceteris iuris antiqui codicibus, deprehenduntur iam in hac, iam in alia provincia; ac praeterea notum est omnibus Dalecarliam, magis quam aliam quamcumque Sueciae partem, priscam servasse linguam. Non valet vocabulum *skafskogher*, quod non in Dalecarlia sola etiamnunc in usu est, quamvis aliud significat quam quod S t i e r n h ö ö k coniiciendo statuit. Nec id quod KrB. 6: 1. dicitur de longo itinere ad aedem sacram; talia enim intervalla hodieque exsistunt multis aliis locis quam in Dalecarlia; ac etsi ita non esset, id quod citato loco dicitur, saepe posset accidere, cum Dalecarlia etiam pertinuerit ad provinciam, in qua valuit hic codex. Nec denique id quod dicitur de viro *husabyman* appellato, cum v. *husaby* in hac compositione non sit nomen proprium, ac praeterea nomen *Husby*, ut in citata commentatione Academica recte est observatum, inveniatur non tantum in Dalecarlia, verum multis quoque locis in ceteris huius regni provinciis. Cum iam satis evidenter, ni fallor, demonstraverim codicem, de quo sermo est, non Dalecarliae soli fuisse proprium, simul probavi eum certe valuisse in Dalecarlia, at ea ratione ut pertinuerit ad provinciam, cuius pars fuit Dalecarlia, nempe Vestmanniam. Hoc non tantum sequi-

hört det land, hvaräst Dalarne voro belägna, men alldeles icke att den tillhört endast denna del af lagsagan. Lika litet bevisas detta af de öfriga omständigheter, hvilka blifvit anförda såsom bevis. Icke deraf, att ett ock annat här förekommande ord ännu brukas i Dalarne; ty samma förhållande är med många ord som finnas ej blott i denna, utan ock i de andra landskapslagarne, att man igenfinner dem än i ett, än i ett annat landskap; och det är dessutom allmänt kändt att Dalarne, mera än någon annan ort i Sverige, bibehållit det gamla språket. Icke heller af ordet skafskogher, *hvilket icke endast i Dalarne ännu finnes i behåll, ehuru i en annan mening än S t j e r n h ö ö k gissningsvis antagit. Icke heller af hvad i KrB. 6: 1. talas om den händelse att vägen till kyrkan är lång, enär ännu i dag förhållandet är sådant på många andra ställen än i Dalarne; och äfven om ej så vore, så skulle denna händelse ofta inträffa, då äfven Dalarne voro belägna inom det område för hvilket denna lagbok gällde. Slutligen icke heller af hvad här talas om* husabyman, *enär* husaby *i denna sammansättning icke är ett* nomen proprium, *ock dessutom namnet* Husby, *såsom i anförda Disputation rätteligen är anmärkt, igenfinnes ej blott i Dalarne, utan ock på många ställen i rikets öfriga landskap. Då jag nu, såsom jag tror, tillräckligen tydligt ådagalagt att ifrågavarande lagbok ej varit en särskild lag för Dalarne, har jag tillika visat att den visserligen gällt för Dalarne i så måtto, att den tillhört det landskap, hvaraf Dalarne utgjorde en del, nemligen Vestmanland. Detta följer icke blott af det sätt, hvarpå Dalarne här*

tur ex ea ratione, qua heic commemoratur Dalecarlia, sed manifestius quoque erit si hunc codicem conferas ei, qui hactenus sub nomine iuris Vestmannici cognitus fuit. Stiernhöök quidem id constare visum est, hunc codicem non esse unum ex iis iuris provincialis antiquis codicibus, qui in archivo regni adservarentur, iamque in publicam lucem editi essent; non vero intellexit hunc codicem, etiamsi non idem esset ac codex iuris Vestmannici antea typis vulgatus, tamen re vera pertinuisse ad eandem provinciam, nec aliud inter hos codices differre, quam quod alter antiquior, alter recentior esset; quod mirum non potest videri cui cognitum est adhuc exstare duos iuris Vestrogotici codices, alterum antiquiorem alterum vero recentiorem; ac pariter iuris urbici codicem antiquiorem et recentiorem, binosque iuris communis codices, antiquiorem et recentiorem; duos quoque exstitisse iuris Sudermannici codices, antiquiorem et recentiorem, quorum tamen ille periit[24]); et denique, ut unum tantum exterarum legum exemplum adferam, duos exstare iuris Selandici codices, qui ratione aetatis haud multum inter se differre possunt. Quod itaque statuo, codicem de quo nunc agitur, in Dalecarlia etiam valuisse, id non repugnat rei antea commemoratae, quod nempe hic codex quaedam continet, quae ad Dalecarliam non fuerunt accommodata; Dalecarlia enim pars tantum fuit provinciae, ad quam pertinuit hic codex; quamvis itaque ex. c. hundreda non exstiterunt in Dalecarlia, exstiterunt tamen

nämnas, utan det visar sig ännu mera uppenbart då denna lagbok jämföres med den, som hittills varit känd såsom Vestmannalag. Stjernhöök fann det väl vara klart att denna lagbok "ej var någon af de andre gamle provinciallagböcker som in archivo regni *funnos, och alla voro af trycket utgångna"; men han insåg icke att denna lagbok, ehuru den icke var den samma som den förut tryckta Vestmannalagen, dock i sjelfva verket tillhört samma landskap, och att skilnaden emellan dessa båda lagböcker endast var den, att den ena innehöll en äldre, den andra deremot en nyare bearbetning; ett förhållande, hvaröfver man icke kan förundra sig, då man har sig bekant att ännu finnas i behåll en äldre och en nyare Vestgötalag, en äldre och en nyare Stadslag, en äldre och en nyare Landslag; att likaledes en äldre och en nyare redaktion af Södermannalagen funnits, ehuru den förra ej är i behåll[24]); och ändtligen, för att endast nämna ett exempel af utländska lagar, att en äldre och en nyare Selandslag finnas, emellan hvilkas ålder ej kan vara betydlig skilnad. Att ifrågavarande lagbok sålunda antages hafva gällt äfven för Dalarne, står ej i strid med det förut anmärkta förhållandet, att den innehåller åtskilligt som ej passat för Dalarne, enär Dalarne endast utgjorde en del af det landskap, hvilket denna lag tillhörde; ty fastän t. ex. hundare ej funnos i Dalarne, så funnos de dock i den öfriga delen af laggsagan; likasom hundare, hvilka omta-*

24) Cfr. SML. præf. pag. L, LI.

24) Jfr. SML. föret. sid. L, LI.

in reliqua parte provinciae; sicut hundreda, quorum mentio in iure Uplandico fit, in Uplandia exstiterunt, quamvis non exstiterunt in parte Uplandiae *Roþin* dicta. — Iam vero quod attinet ad duos iuris Vestmannici codices, inter se comparatos, primo fere obtutu adparet illum, de quo nunc sermo est, antiquiorem esse. Antiquissimum, quod in Vestmannia valuit, iuris systema heic maxime invenimus purum ac sincerum; quamvis etiam in hoc codice multa, inter quae totus liber de violato Regis iureiurando, ex iure Uplandico, et nonnulla quoque ex iure Sudermannico sunt hausta [25]). Quae ex iure Uplandico huc sunt translata, ea probant hunc iuris Vestmannici codicem non ante ultimos saeculi XIII annos esse compositum; ex eo autem modo, quo hic commemoratur R. Birgerus (þingB. 11.), adparet eum esse conscriptum post a. 1318, quo regno decesserat ille rex. At sine dubio haud multo post dictum annum compositus est; nec inde, quod nonnulla ex iure Sudermannico hic sunt inserta, concludi potest hunc iuris VM. codicem anno 1327 esse recentiorem, cum constet antiquiorem exstitisse iuris Sudermannici codicem, ex quo ista forte excerpta sunt [26]); et contra, tan-

las i Uplandslagen, funnos i Upland, ehuru de ej funnos i den till Upland hörande Roden. — Hvad nu angår förhållandet emellan de båda Vestmannalagarne, så finner man nästan vid första ögonkastet att den nu ifrågavarande är den äldre. Också framställer den landskapets uråldriga rättssystem mest rent och oblandadt, ehuru äfven här mycket, såsom hela Edsöres-Balken, är hämtadt ur Uplandslagen, och jämväl åtskilligt ur Södermannalagen [25]*). Det som här blifvit infördt ur UplL., bevisar att denna lagbok ej kan vara författad förr än i slutet af 13:de århundradet; och det sätt hvarpå K. Birger här omtalas (þingB. 11.), visar att den är författad sedan denne Konung år 1318 hade uphört att regera. Men den är utan tvifvel författad kort efter nämnda år; och man kan ej deraf, att här finnes något som är lånadt från SML., sluta att ifrågavarande lagbok skulle vara yngre än 1327, enär det är bekant att en äldre SML. funnits, hvilken här kan hafva blifvit begagnad* [26]*); hvar-*

25) Cfr. notas in hac editione textui subiectas, quibus convenientes loci in aliis iuris codicibus indicantur.

26) In cit. diss. pag. 3 recte observatur codicem Dalecarlicum iure Uplandico esse recentiorem; iamque Stiernhöök observat eum esse compositum aliquanto post tempora R. Birgeri Magni filii. Attamen autumat Nordström (l. c.) illum codicem pertinere ad initium saeculi XIII; narrat vero quaedam Ducis Birgeri statuta ibi nominari, quae recentius inserta esse credit laudatus auctor. Quaedam eiusmodi statuta tamen neutiquam hic nominantur; at unum tantum statutum Regis Birgeri.

25) Jfr. de i denna edition nedanför texten tillagda hänvisningar.

26) I anf. disp. sid. 3 anmärkes rätteligen att den så kallade Dalelagen är yngre än Uplandslagen; och redan Stjernhöök anmärker att den är skrifven något efter K. Birger Magnussons tid. Likväl menar ännu Nordström (anf. st.) att denna lag "hör till början af 13:de seklet." "Dock", tillägger han, "nämnas några stadganden af Birger Jarl, hvilka sannolikt senare blifvit intagna." Några sådana stadganden finnas här alldeles icke, men väl ett stadgande af Konung Birger. Ännu i

tum abest, ut ex antiquo successionis ordine hic servato (GipnB. 11: pr.) liceat concludere, quod evidenter falsum esset, hunc codicem ante annum 1262 esse conscriptum, ut potius ex hoc loco adpareat ordinem successionis a Duce Birgero dicto anno sancitum, non statim per totum regnum esse receptum; quae res mira videri non potest [27]. —

In Vol. II. operis Nordströmii, pag. 647, quoque dicitur "ius Dalecarlicum" aliquid continere de eo quod "Dux Birgerus" in re quadam effecit; et denique pag. 738 docetur "Regem Birgerum", teste "iure Dalecarlico" aliquid statuisse de iuramentis. Ut vero satis constat Regem Birgerum alium omnino fuisse hominem quam Ducem Birgerum, ita evidens quoque est id, quod in cod. iuris VM. antiquiore þgB. 11. dicitur de R. Birgero, respicere proxime antecedentia, non vero sequentia (cfr. rec. cod. þgB. 14: pr.), etsi partitio textus ab Hadorph hic, sicut multis aliis locis, inepte facta, in errorem inducere potuit lectores minus prudentes; quamobrem id quod dicitur unum alterumve Birgerum teste "iure Dalecarlico" aliquid statuisse de iuramentis, non nisi manifesto errore nititur.

27) Quod auctori citatae dissertationis "fidem prope omnem excedere" videri potuit ordinem successionis in hoc codice sancitum pristinam vim retinuisse "cum iam iura Upl., ceteraque secundum illa, ex parte tertia feminas in hereditatem admisissent," id non minus mirum mihi videtur, quam quod idem auctor credidit istum ordinem, si ita fuisset, "in illa usque tempora perdurasse, cum leges Christophorianae promulgatae sunt." Auctori quidem non in mentem venit codicem, quem Dalecarlicum vocarunt, re vera fuisse codicem iuris Vestmannici antiquiorem, cuius sanctiones exolescentes mox abrogavit recentior codex; omnibus vero notum est codicem iuris communis, integro fere saeculo Christophoriano antiquiorem exstitisse, qui, etsi non confirmatione munitus, cito

emot man icke af den här (GipnB. 11: pr.) bibehållna gamla arfsordning får draga den uppenbart oriktiga slutsats, att denna lagbok skulle vara författad före år 1262, då man fastmera här finner ett bevis derpå, att den af Birger Jarl nämnda år stadgade arfsordning ej genast vunnit insteg öfver hela riket; en sak hvaröfver man ej kan förundra sig [27]. —

2:dra Band. sid. 647 af Nordströms arbete heter det att "Dalelagen" innehåller något om "Birger Jarls" tillgörande i ett visst ämne; och först sid. 738 erhålles den uplysning att, enligt "Dalelagen", "Konung Birger" förordnat något angående eder. Likasom det är en allmänt känd sak, att Konung Birger var en helt annan person än Birger Jarl, så är det tydligt att hvad i den äldre VML. þgB. 11. säges om K. Birger, har afseende på det näst föregående, och ej på det efterföljande (jfr. den yngre codex þgB. 14: pr.), ehuru Hadorphs här, likasom på många andra ställen, utan urskilning gjorda afdelning i texten gifvit mindre upmärksamme läsare anledning till misförstånd; och det är således alldeles ogrundadt att, enligt "Dalelagen", antingen den ene eller andre Birger stadgat något angående eder.

27) Huru författaren till anf. disputation kunnat anse det såsom alldeles otroligt, att den i den så kallade Dalelagen stadgade arfsordning skulle hafva fortfarit att gälla ännu sedan Uplands och andra landskaps lagar gjort syster samarfva med broder, det är lika svårt att förklara som det, huru han kunnat tro att, i sådant fall, nämnda arfsordning skulle hafva gällt ända till dess att Christoffers Landslag stadfästades. Författaren har väl icke kommit på den tankan, att den så kallade Dalelagen i sjelfva verket var en äldre Vestmannalag, hvars föråldrade stadganden snart blefvo undanträngda genom den yngre; men det är en allmänt känd sak, att en Landslag, nära hundrade år äldre än Christoffers, funnits, hvilken, ehuru ej stadfä-

Cum in hoc codice multa desiderarentur, multa vero mendis laborarent; cumque praeterea necessarium sine dubio videretur leges singularum provinciarum ad maiorem inter se convenientiam redigere, hae, ni fallor, fuerunt caussae cur, sine longa mora, novae curae impenderentur in ius Vestmannicum; qua re exstitit recentior illius iuris codex. Sicut statuendum est, quod iam est observatum, antiquiorem codicem — ideoque multo magis recentiorem [28]) — post annum 1318 esse com-

Denna lagboks ofullständighet och andra brister synas, jämte den insedda nödvändigheten deraf, att bringa de särskilda landskapens lagar till närmare öfverensstämmelse sins emellan, hafva gifvit anledning dertill, att Vestmannalagen snart blifvit omarbetad, hvarigenom den yngre codex af denna lag upstått. Likasom den äldre codex, enligt hvad förut är anmärkt — och således ännu mera den yngre [28]) — måste antagas vara författad efter år 1318, så kan det tagas för afgjordt

receptus est per totum regnum. Auctori forsan, convenienter eius opinioni de discrimine codicis iuris confirmati et privati operis, non minus certum visum est nihil potuisse obstare, quo minus lex rite sancita isto tempore statim per totum regnum valuerit, quam quod codex non confirmatus non habuerit legis vim, ideoque pro nullo sit habendus. Eiusmodi opinionibus si pondus adderetur, miram speciem indueret historia iuris nostratis antiquioris.

28) Nordström (l. c. I. pag. VIII) credit recentiorem iuris VM. codicem esse conscriptum in fine saeculi XIII, quoniam "manifestam habet similitudinem cum codice Uplandico, immo multis locis iisdem verbis utitur", ac praeterea "plura commemorantur statuta, quae debentur Regibus Magno Birgeri filio et Birgero Magni filio", quorum hunc ad annum 1318 regnasse constat. Recentiorem iuris VM. codicem "manifestam similitudinem habere cum codice Uplandico", immo "multis locis iisdem uti verbis" negari non potest; cum ex magna codicis Upl. parte verbum de verbo transscripserit codicis VM. auctor; qua vero ratione hinc concludi possit recentiorem iuris VM. codicem non esse recentiorem codice Upl., sed eiusdem esse aetatis, equidem capere non possum. Codex Christophorianus quoque multis locis utitur verbis codicum Uplandici vel Ostrogotici, inde vero nemo conclusit illum codicem eiusdem esse aetatis ac aliquem ex his. Multo tamen mirabilior est altera con-

stad, snart kom i bruk öfver hela riket. Tilläfventyrs har författaren, med sina begrepp om skilnaden emellan en stadfästad lagbok och ett privat arbete, ansett såsom lika afgjordt att en formligen stadgad lag skulle på den tiden utan motstånd blifvit genast gällande öfver hela riket, och att en icke stadfästad lag icke var någon lag, och derför kan lemnas utan afseende; en åsigt hvilken, om den vunne insteg, skulle gifva vår äldre laghistoria ett besynnerligt utseende.

28) Nordström (anf. st. I. sid. VIII) menar att den yngre VML. är sammanskrifven i slutet af 13:de seklet, emedan "den har en uppenbar likhet med Uplandslagen, så att den till och med på många ställen nytjar samma ordalag", och dessutom "flera stadganden anföras, som bestämdt härleda sig från Magnus Ladulås och Birger Magnusson", hvilken senare, som bekant är, regerade till år 1318. Att den yngre VML. har en "uppenbar likhet" med UplL., och till och med "på många ställen nytjar samma ordalag", är onekligt, enär en stor del af UplL. är af VML:s författare ordagrannt afskrifven; men huru häraf skulle kunna bevisas att den yngre VML. ej är yngre än UplL., utan samtidig dermed, är mig alldeles obegripligt. Äfven Christoffers Landslag nytjar på många ställen samma ordalag som UplL. eller ÖGL., men häraf har ännu ingen dragit den slutsats, att Landslagen skulle vara samtidig med någon af dessa lagar. Ännu vidunderli-

positum, ita pro certo haberi potest recentiorem codicem ante annum 1347 esse conscriptum, cum verisimile non sit codicem aliquem provincialem esse compositum postquam iam compositus esset codex iuris in usum totius regni. Ab antiquiori codice ea praecipue in re differt recentior, quod huius conscribendi fundamentum fuit codex Uplandicus, quem magna ex parte totidem fere verbis transscripsit auctor. Quae servandae esse visae sunt antiquioris codicis sanctiones, eae huc translatae sunt; sicut in antiquiori codice, ita heic quoque ex iure Sudermannico quaedam sunt inserta; ac denique multa heic addita sunt, quae ex nullo dictorum fontium sunt hausta. Exempla, quibus firmarentur ea quae nunc dicta sunt, hoc loco adferre superfluum est, cum rem satis illustrent notae in hac editione textui subiectae, quibus unoquoque loco delegatur ad convenientes locos ceterorum iuris codicum. — Ad recentiorem iuris Vestmannici codicem pertinent manuscripti codices, ad quos ordine commemorandos iam progredior.

2. Codex membranaceus iuris Vestmanniae recentioris, pertinens ad Regiam Bibliothecam Stockholmiensem, sign. B 57. Hic codex tegmine membranaceo compactus habet 135 folia 6⅜ poll. alta et 4½ poll. lata; unum folium in fine codicis abscissum est, qua re maxima ex parte periit ultimum caput libri de iudiciis [29]. In superiori margine primi folii nomen suum scripsit

att den yngre är författad före år 1347, enär det icke är troligt att någon landskapslag blifvit författad efter det att en allmän landslag för hela riket hade blifvit utarbetad. Den yngre codex skiljer sig från den äldre hufvudsakligen derigenom, att vid utarbetandet af den förra Uplandslagen blifvit lagd till grund, och så flitigt begagnad, att den till en betydlig del har blifvit nästan ordagrannt afskrifven. Hvad som af den äldre codex funnits böra bibehållas, har här blifvit intaget; likasom i den äldre codex, har äfven här Södermannalagen på åtskilliga ställen blifvit begagnad; hvarförutan stadganden här blifvit tillagda, som ej finnas i någon af dessa källor. Att här anföra exempel till bestyrkande af hvad nu är sagdt, är öfverflödigt, enär förhållandet vid hvarje särskildt ställe är anmärkt i de i denna edition nedanför texten tillagda hänvisningar. — Till Vestmannalagens yngre codex höra de handskrifter, som nu i ordningen följer att omtala.

2. En pergamentscodex af den yngre Vestmannalagen, tillhörig Kongl. Bibliotheket i Stockholm, sign. B 57. Denna i pergamentsband inbundna handskrift har 135 blad af 6⅜ tums höjd och 4½ tums bredd; ett blad i slutet är bortskuret, hvarigenom största delen af sista Flocken i Þingmala-Balken gått förlorad [29]. I öfre kanten af första bladet har Hogen-

clusio, quae docet codicem VM., quoniam continet statuta Regis, cuius regnandi tempus maiori ex parte incidit in saeculum XIV, ideo saeculo XIII esse conscriptum.

29) Cfr. not. 12. pag. 239.

gare är dock den slutsatsen, att emedan VML. innehåller stadganden af en Konung, hvars regeringstid till större delen infaller i 14:de århundradet, så måste denna lagbok vara författad i det 13:de.

29) Jfr. not. 12. sid. 239.

Hogenskilldtt Bielcke; alia vero manu saeculo XVI scriptum est *"Wæsmanna laghen".* In interiori parte antici tegumenti nomen recentioris cuiusdam huius libri domini scriptum fuit, at deletum est; infra vero legitur: *"Factus est R. Arch. Antiq. die 7. maij Anno 1722."* Hic itaque codex accessit Archivo Antiquitatum longe postquam ius Vestmannicum typis vulgasset Åkerman; quamobrem mirum non est Åkerman non cognovisse hunc codicem, nec eo uti potuisse. Scriptus esse videtur ante medium saeculum XIV; scripturae specimina exhibet Tab. II. Folia quinque priora continent praefationem et indices capitum omnium librorum; foll. 6 et 7, quae praetermiserat scriba, continent capp. 19, 22 et 21 libri codicis Uplandici de iure ecclesiastico, rec. manu scripta [30]. Fol. 8 incipit textus iuris Vestmannici. Singuli libri ornantur rubricis ac litteris initialibus grandioribus caeruleis et rubris. Aliis quoque nonnullis locis in textu rubricae sunt scriptae [31]; in fine librorum quorundam verba aliqua minio sunt exarata [32]. Initium capitum designatur litteris numeralibus in margine scriptis, ac plerumque etiam rubricis, quae tamen haud raro desiderantur. Saepe, non vero ubique, litteris initialibus rubris vel caeruleis ornantur capita; aliis quoque locis in textu nonnumquam occurrunt tales litterae; praeterea litterae maiusculae ple-

skilldtt Bielcke *anteknat sig såsom egare, och af en annan hand af 16:de århundradet är skrifvet* "Wæsmanna laghen." *Innantill på främre permen är en senare egares namn anteknadt, men utplånadt; och nedanför läses:* "Factus est R. Arch. Antiq. die 7. maij Anno 1722." *Denna handskrift har således kommit till Antiqvitets-Archivet långt efter det att Vestmannalagen hade af Åkerman blifvit af trycket utgifven; och häraf kan det lätt förklaras att Åkerman ej känt, och således icke heller kunnat begagna densamma. Den synes vara skrifven i förra hälften af 14:de århundradet; prof af stilen lemnar Tab. II. De fem första bladen innehålla företalet och förtekningar på Flockarne i alla Balkarne; foll. 6 och 7, hvilka af skrifvaren blifvit förbigångna, innehålla Fl. 19, 22 och 21 af Uplandslagens Kyrk-Balk, skrifna af senare hand* [30]*. Fol. 8 börjas Vestmannalagens text. Balkarne äro försedde med rubriker, samt större blå och röda begynnelsebokstäfver. Äfven på några andra ställen i texten finnas rubriker* [31]*; vid slutet af några Balkar äro flera ord skrifna med rödt bläck* [32]*. Flockarnes början utmärkes med Romerska siffror i kanten, och merendels med rubriker; men dessa senare saknas på många ställen. Ofta, men ej alltid, äro Flockarne prydde med röda eller blå begynnelsebokstäfver, och sådana finnas äfven på några andra ställen i texten; för*

30) Cfr. not. 16. pag. 81; UplL. præf. pag. XIV.
31) Vide not. 7. pag. 112; not. 19. p. 154; not. 19. p. 205.
32) Vide not. 8. pag. 171; not. 72. p. 185.

30) Jfr. not. 16. sid. 81; UplL. föret. sid. XIV.
31) Se not. 7. sid. 112; not. 19. s. 154; not. 19. s. 205.
32) Se not. 8. sid. 171; not. 72. s. 185.

rumque notantur rubra lineola. Tituli librorum, minio exarati, in summo foliorum margine leguntur. Custodes, quos vocant, iam uno iam pluribus verbis constantes, leguntur in fine fasciculorum partim duodecim partim decem folia, i. e. sex vel quinque membranas, unam intra alteram positas, continentium. Littera *þ* ubique occurrit, nec eius loco *th;* at *ð* rarum est. Interdum occurrit ʀ pro *r* [33]). Non tantum *i* in hoc, sicut in aliis antiquis codicibus, interdum notatur virgula, quae tamen saepe desideratur; sed ceterae quoque litterae vocales non raro ornantur similibus virgulis, quibus nulla inest vis [33]). Litterae *ll* et *n* saepe, praesertim in fine vocabulorum, notantur lineola transversa [33]). Interpuncti genus minus vulgare, signo interrogationis haud dissimile, quibusdam locis occurrit [33]); ad quod typis exprimendum, signum (;) quod semicolon vocamus, maxime mihi visum est idoneum. Puncta multis locis, ubi superflua visa sunt, delevit manus sine dubio rec. Litterae quoque interdum, rec. ut videtur manu, deletae sunt [34]); litteras vel vocabula errato scripta saepe ipse delevit scriba [35]), vel subiectis punctis notavit [36]); verba errato scripta interdum lineola rubra vel nigra sunt inducta [37]). Litteras vel verba omissa

öfrigt äro stora bokstäfver vanligen märkta med ett rödt streck. Balkarnes titlar äro skrifna med röda bokstäfver öfverst på sidorna. Så kallade custoder, bestående af ett eller flera ord, finnas i slutet af läggen, hvilka innehålla dels 12, dels 10 blad, d. ä. 6 eller 5 inom hvarandra lagda pergamentsstycken. Bokstafven þ *brukas här öfverallt, och ej i dess ställe* th; *men* ð *förekommer sällan. På några ställen förekommer* ʀ *i stället för* r [33]*). Icke blott* i *är här, såsom vanligen i gamla handskrifter, stundom märkt med ett streck, hvilket likväl ofta saknas; utan äfven de öfriga vokalerna äro icke sällan prydda med dylika streck, hvilka ej hafva någon betydelse* [33]*). Bokstäfverna* ll *och* n *äro ofta, i synnerhet i slutet af ord, märkta med ett tvärstreck* [33]*). Ett mindre vanligt skiljetecken förekommer här på några ställen, ej olikt frågetecken* [33]*); jag har ansett mest lämpligt att i tryck utmärka det med semicolon. Punkter äro, utan tvifvel af senare hand, på många ställen utplånade, der de synts vara öfverflödiga. Äfven bokstäfver äro stundom, sannolikt af senare hand, utplånade* [34]*); ofta äro misskrifna bokstäfver eller ord af skrifvaren sjelf utplånade* [35]*), eller märkta med undersatta punkter* [36]*); stundom äro misskrifna ord öfverstrukna med ett rödt eller svart streck* [37]*). Uteglömda bokstäfver eller*

33) Cfr. Tab. II.
34) Vide not. 72. pag. 127; not. 11. p. 128.
35) Vide not. 95. pag. 75; not. 25. p. 76; not. 27. p. 77; not. 51. p. 78; not. 44. p. 83. &c.
36) Vide not. 16. pag. 86; not. 32. p. 91; not. 10. p. 94; not. 19. p. 98. &c.
37) Vide not. 68. pag. 136; not. 12. p. 144; not. 12. p. 158.

33) Jfr. Tab. II.
34) Se not. 72. sid. 127; not. 11. s. 128.
35) Se not. 95. sid. 75; not. 25. s. 76; not. 27. s. 77; not. 51. s. 78; not. 44. s. 83. &c.
36) Se not. 16. sid. 86; not. 32. s. 91; not. 10. s. 94; not. 19. s. 98. &c.
37) Se not. 68. sid. 136; not. 12. s. 144; not. 12. s. 158.

saepe supra, nonnumquam infra lineam addidit scriba [38]; saepe in margine addidit verba [39]; litterae omissae interdum minio sunt additae [40]. Ordinem verborum mutandum esse nonnullis locis signo " est indicatum [41]. Interdum vocabula subiectis punctis notavit rec. manus; nec raro verba quaedam in margine addidit rec. manus; litteras vero in extrema folii ora scriptas abscidit bibliopegus [42]. Adnotationes quaedam libro de iure ecclesiastico rec. manu adiectae evidenter respiciunt manuscriptum illum codicem, quem littera E insignivi [43]. Omissis iis, quae ad errata grammatica et menda scripturae referri possunt [44], respectu habito orthographiae huius codicis sequentia observentur: *a* haud raro occurrit pro *æ* vel *e*, ex. c.

ord har skrifvaren ofta tillsatt öfver raden, någon gång under densamma [38]; ofta har han tillagt ord i brädden [39]; stundom äro uteglömda bokstäfver tillsatta med rödt bläck [40]. Ordens ordning är några gånger rättad medelst teknet " [41]. På flera ställen äro ord af senare hand märkta med undersatta punkter; ej sällan finnas ord i brädden tillagda af senare hand; de sålunda i yttersta kanten skrifna bokstäfver hafva af bokbindaren blifvit bortskurna [42]. Några vid Kristno-Balken af senare hand tillagda anteckningar hafva tydligen afseende på den handskrift, som af mig blifvit utmärkt med bokstafven E [43]. Utom hvad som kan anses som språk- eller skriffel [44], må i afseende på orthographien i denna handskrift anmärkas: a *förekommer ej sällan för* æ *eller* e, *t. ex.*

attartan, balkar, böndar, prastær, wal &c.

e saepe pro *æ* vel *a:* — e *ofta för* æ *eller* a:

annare, gælde, haldes, hunderis, kerir, kirkiunne, manne, wæghe &c.

æ pro *a:* — æ *för* a:

æfflinga iorþ, ængs, fællnir, mænnom &c.

---

38) Vide not. 51. pag. 72; not. 31. p. 77; not. 67. p. 92; not. 57. p. 111; not. 15. p. 182. &c.

39) Vide not. 49. pag. 104; not. 5. p. 112. &c.

40) Vide not. 35. pag. 114; not. 65. p. 141; not. 16. p. 215.

41) Vide not. 8. pag. 81; not. 40. p. 87.

42) Vide not. 65. pag. 88; not. 3. p. 90; not. 4. p. 94; nott. 29, 42. p. 95. &c.

43) Vide nott. 39, 42. pag. 91; not. 4. p. 94.

44) Huc pertinent *cono* pro *cona* (KrB. 20: 1.), *acomana* pro *acomona* (ManhB. 24: 2.), *ær* pro *æro* pluries &c. Ad idiotismos referri possunt: *.XIIII. dagh* (pro *dagha*, ManhB. 21: pr.), *þrea manadagh* (þgB. 12: 3.), *þre stæmnodagh* (þgB. 17: pr.).

38) Se not. 51. sid. 72; not. 31. s. 77; not. 67. s. 92; not. 57. s. 111; not. 15. s. 182. &c.

39) Se not. 49. sid. 104; not. 5. s. 112. &c.

40) Se not. 35. sid. 114; not. 65. s. 141; not. 16. s. 215.

41) Se not. 8. sid. 81; not. 40. s. 87.

42) Se not. 65. sid. 88; not. 3. s. 90; not. 4. s. 94; nott. 29, 42. s. 95. &c.

43) Se nott. 39, 42. sid. 91; not. 4. s. 94.

44) Hit kan räknas cono *för* cona *(KrB. 20: 1.),* acomana *för* acomona *(ManhB. 24: 2.),* ær *för* æro *på flera ställen &c. Såsom egenheter i språket kan anses:* .XIIII. dagh *(för* dagha, *ManhB. 21: pr.),* þrea manadagh *(þgB. 12: 3.),* þre stæmnodagh *(þgB. 17: pr.).*

æ pro *e:* — æ *för* e:

bræf, bæþæs, bænbrutin, landæ, mannæ, wæt &c.

e pro *i*, praesertim in terminatione vocabulorum: — e *för* i, *i synnerhet i ordens ändelser:*

bloþ wecneng, degheo, dræpet, guzziffwea, þylect &c.; *almænne, baþe, biscope, eþzöre, fiærþe, fylle, fynder, fyrste, iorþer, sokninne, æffte, æmne* &c.

ie, iæ pro *e, æ:* — ie, iæ *för* e, æ:

bien, iær, liggier, þrie.

o saepe pro *a* vel *æ:* — o *ofta för* a *eller* æ:

ollo, boþe, enzoman, fiorþe, giolscapær, kionolag, iomskila, orcor, sialo gifft, soman &c.

o pro *u*, praesertim in terminatione vocabulorum: — o *för* u, *i synnerhet i ordens ändelser:*

om, omboþ, ondan, onde, brot, follan, fonnen, horo, husfro, hustro, som &c. *balkinom, cristno, fatöcom, kirkio, laghom, nyo, saclöso, sculo, spakom* &c.

o pro *ö*, et contra: — o *för* ö, *och tvärtom:*

dozdrap, forþo, noþoghan &c.; *böt, föte, þö* &c.

ö pro *e* vel *æ:* — ö *för* e *eller* æ:

fröls, fröstmark, föþærne.

uu pro *w:* — uu *för* w:

ryuua, suua, yuuer.

c vel *k* pro *g*, et contra: — c *eller* k *för* g, *och tvärtom:*

hocgær, lect, wæk; fisglecom, wigna.

t pro *d* vel *þ*, et contra: — t *för* d *eller* þ, *och tvärtom:*

botscap, lyctat, oletdær, trættan, utdær &c.; *gild, oquald, sagþ, salld.*

æ vel *a* ante *r* in fine vocabulorum saepe omittitur: — æ *eller* a *framför* r *i slutet af ord utelemnas ofta:*

akr, combr, eþr, haffr, næffr, ræffr, staffr, sömdr, wærnr &c.

Litterae duplicantur: — *Bokstäfver fördubblas:*

sanccar, warddær, æffter, sakkinne, allict, almmenning, conann, fyrrra (ÆB. 16: 2.), *ossnællom, bilttogha, friþþer* &c.

Litterae omittuntur:

Bokstäfver utelemnas:

ak(r)a, hal(f)pæning, to(l)ff &c.

Vocalibus similibus in duobus vocabulis concurrentibus, altera nonnumquam omittitur:

Då lika vokaler i två ord sammanstöta, uteslutes stundom endera:

söki(a) annan (þgB. ind. 14.), *ær(o) oc* (þgB. 18: pr.).

Litterae transponuntur, praesertim *wr:*

Bokstäfver omflyttas, i synnerhet wr:

*almæninlict, inr*wa*c, r*wa*ngt, r*wa*om, r*wæ*ca, suinde* &c.

Duo vel tria vocabula in unum contrahuntur:

Två eller tre ord sammandragas till ett:

annarsmanz, faþorsdaghom, frælsmanzbot, fullskæl, gifzmanz, hwarsom, karsbo, tolffmanna, þæsmanz &c.

Hunc codicem, quem in textu secutus sum, littera B insignivi.

Denna handskrift, hvilken jag lagt till grund för texten, har jag betecknat med bokstafven B.

3. Codex membranaceus iuris Vestmanniae recentioris, pertinens ad Regiam Bibliothecam Stockholmiensem, sign. B 56. Hic codex tegmine tergino cum fibulis munitus, habet 177 folia membranacea 5½ poll. alta et 4 poll. lata, praeter unum folium membranaceum a scriptura purum in fine libri, et quaedam folia chartacea scripturae vacua in initio et fine. Scriptura, cuius specimen exhibet Tab. I, indicat hunc codicem, quem in sua editione secutus est Åkerman, eiusdem esse aetatis ac codicem nuperrime commemoratum. In principio legitur praefatio, postea sequuntur liber de iure ecclesiastico ceterique libri iuris VM., cuius calci ultimis duobus foliis manu paullo rec. addita sunt capita quaedam ad ius Vestrogoticum pertinentia [45]. Liber de iure ecclesiastico ornatur littera initiali grandiori caerulea rubraque; ceteri libri habent litteras initiales

3. En pergamentscodex af den yngre Vestmannalagen, tillhörig Kongl. Bibliotheket i Stockholm, sign. B 56. Denna i skinnband med spännen inbundna handskrift har 177 pergamentsblad af 5½ tums höjd och 4 tums bredd, utom ett obegagnadt pergamentsblad i slutet, och några rena pappersblad i början och slutet. Stilen, hvaraf Tab. I lemnar prof, visar att denna handskrift, hvilken Åkerman i sin edition följt, är samtidig med den näst förut beskrifna. I början finnes företalet; derefter följa Kristno-Balken och de öfriga Balkarne af VML., efter hvars slut på de två sista bladen följa, af en något yngre hand tillagda, några till Vestgötalagen hörande stycken [45]. Kristno-Balken har en större blå och röd begynnelsebokstaf; de öfriga Balkarne hafva röda begynnelsebokstäf-

45) Vide VGL. præf. pag. XXXII.

45) Se VGL. föret. sid. XXXII.

rubras. Capita ex parte habent litteras initiales rubras; ceterae autem litterae initiales, pariter ac litterae maiusculae in textu occurrentes, rubris tantum lineolis sunt notatae. Libri, quorum tituli in summo foliorum margine minio sunt scripti, habent rubricam, deinde indicem capitum, et denique iterum rubricam [46]). Ultimae lineae libri *Manhælghis Balker* et postea sequentium minio sunt exaratae [47]). Excepto libro de iure ecclesiastico, ceteri libri in hoc codice divisi sunt in maiorem numerum capitum, quam ceteri duo manuscripti codices iuris VM. recentioris; initium capitum plerumque indicatur litteris numeralibus in margine scriptis; hae tamen multis locis sunt omissae; quaedam capita habent rubricas. Littera *þ* hic ubique occurrit. Mendis hic codex magis quam codex B antea commemoratus laborat. Respectu habito orthographiae haec observentur:

ver. Flockarnes begynnelsebokstäfver äro till en del röda; de öfriga äro endast märkta med röda streck, likasom stora bokstäfver inuti texten. Balkarne, hvilkas titlar äro skrifna med rödt bläck öfverst på sidorna, äro prydde med rubrik, derefter följer förtekning på Flockarne, och sedan ännu en rubrik [46]). De sista raderna af Manhælghis- och de derefter följande Balkarne äro skrifna med rödt bläck[47]). Balkarne, med undantag af Kristno-Balken, äro här indelade i ett större antal Flockar, än i de öfriga tvänne handskrifterna af VML:s yngre codex; Flockarnes början utmärkes i allmänhet med Romerska siffror i brädden, hvilka dock på många ställen äro uteglömda; en del af dem äro försedde med rubriker. Bokstafven þ *brukas här öfverallt. Denna handskrift är mera felaktig än den förut nämnde codex B. I afseende på orthographien må anmärkas:*

a occurrit pro *æ*, ex. c. — a *förekommer i stället för* æ, *t. ex.*

acke, ai, an, ar, fa, sitar &c.

o pro *ö*, et contra: — o *för* ö, *och tvärtom:*

bote, dor, forþin, goþning, horir &c.; *illö, oröm.*

ö pro *e:* — ö *för* e:

cöpöno, saclösör.

y pro *i*, et contra: — y *för* i, *och tvärtom:*

duly, lymi, syn &c.; *lict, sint, þilicum* &c.

i inseritur: — i *inskjutes:*

liggier, sialda, þreia, þrie.

ch pro *k:* — ch *för* k:

---

46) Cfr. not. 17. pag. 69; not. 1. p. 82; not. 1. p. 112. &c.
47) Cfr. not. 8. pag. 171; not. 72. p. 185. &c.

46) Jfr. not. 17. sid. 69; not. 1. s. 82; not. 1. s. 112. &c.
47) Jfr. not. 8. sid. 171; not. 72. s. 185. &c.

chöp, lichæ, læchis bot, ræcchir, schapa, uichna &c.

Litterae transponuntur:

brot, byrgils, gyrt, nitya fæ, want.

Hunc codicem appellavi C.

4. Codex membranaceus iuris Vestmanniae recentioris, pertinens ad Regiam Bibliothecam Stockholmiensem, sign. B 55. Hic codex tegumento tergino compactus habet 160 folia 6½ poll. alta et 5 poll. lata, quibus usus est scriba; inter foll. 1 et 2 unum folium periit, cuius loco duo folia membranacea scripturae vacua sunt inserta. Duo quoque folia membranacea in initio codicis sunt inserta, quorum prius tantum hanc continet adnotationem:

Bokstäfver omflyttas:

Denna handskrift har jag kallat C.

4. En Kongl. Bibliotheket i Stockholm tillhörig pergamentscodex af den yngre Vestmannalagen, sign. B 55. Denna i skinnband inbundna handskrift har 160 af skrifvaren begagnade blad af 6½ tums höjd och 5 tums bredd; emellan foll. 1 och 2 har ett blad gått förloradt, i hvars ställe två rena pergamentsblad äro insatta, äfvensom två dylika finnas i början af boken, hvilka ej innehålla annat än denna anteckning på det första af dem:

"Thenne Book hafwer Secreteraren. hr. Anders Strömskiöld förähret till Collegium Antiquitatum Anno 1673. 24 Januarij Testatur

Johan Hadorphius."

In interiori parte antici tegumenti possessor quidam huius codicis a. 1626 nomen suum scripsit, quod postea deletum est, ac infra eadem manu scriptum est: *"Weszmanne Lagen."* Hunc codicem cognitum fuisse Åkerman, adparet ex eius editione, ad cuius calcem additae sunt variae lectiones, quae omnes huic codici debentur. Primum folium quo usus est scriba continet praefationem una cum initio indicis capitum libri de iure ecclesiastico; continuatio huius indicis, et initium capitis I KrB. scripta fuerunt in folio iam deperdito, cuius loco duo folia scripturae vacua sunt inserta [48]); foll. 2 et seqq. continuationem dicti libri continent, ceterosque libros, una cum indicibus capitum, suo quoque libro antepositis. Cal-

På inre sidan af främre permen har en egare år 1626 anteknat sitt namn, hvilket sedermera blifvit utplånadt; och nedanföre läses, af samma hand skrifvet, "Weszmanne Lagen." *Att Åkerman känt denna handskrift synes af hans edition, i slutet hvaraf varianter äro anmärkta, hvilka samtliga äro här hämtade. Det första af skrifvaren begagnade bladet innehåller företalet och början af förteckningen på Flockarne i Kristno-Balken; fortsättning af denna förtekning, jämte början af Fl. 1 KrB. har varit skrifven på det förutnämnda bortskurna bladet, i hvars ställe tvänne rena blad blifvit insatta [48]); foll. 2 o. f. innehålla fortsättningen af KrB. jämte de öfriga Balkarne, med de vid hvar Balks början skrifna förteckningarne på Floc-*

48) Cfr. not. 19. pag. 70; nott. 1, 12. p. 82.

48) Jfr. not. 19. sid. 70; nott. 1, 12. s. 82.

ci codicis fol. 160 rec. manu saeculi XV additae sunt adnotationes historicae Latine scriptae, et ita incipientes: *"Anno dominj M° ccc xvij capti fuerunt dominj duces ericus et valdemarus"*; quarum adnotationum apographum saeculo XVII inceptum non vero ad finem perductum, legitur in folio chartaceo in fine voluminis inserto. Ipse codex iuris VM. saeculo XIV ad finem vergente scriptus esse videtur: scripturae specimen exhibet Tab. II. Divisio librorum in capita hic eadem est quam habet codex B, cum quo hic codex in ceteris quoque magis quam cum cod. C convenit. In initio praefationis et singulorum librorum locus relictus est litterae initiali grandiori, quae tamen ubique desideratur [49]). Libri ex parte habent duplicem rubricam, alteram indici capitum antepositam, in principio ipsius textus alteram; tituli librorum, minio scripti, in summo foliorum margine leguntur. Quaedam capita habent rubricas, et incipiunt in nova linea, littera initiali grandiori, rubra vel caerulea, ornata; saepe vero capita litteris tantum numeralibus in margine scriptis sunt designata. Ultimae lineae libri *Jorþa Balker* minio sunt scriptae [50]). Littera *þ* ubique occurrit. Respectu habito orthographiae observentur sequentia:

karne. Efter lagbokens slut fol. 160 följa af senare hand i 15:de århundradet tillagda historiska anteckningar på Latin, som börjas sålunda: "Anno dominj M° ccc xvij capti fuerunt dominj duces ericus et valdemarus"; *och af hvilka ett i slutet af boken inhäftadt pappersblad innehåller en i 17:de århundradet begynd men ej fullbordad afskrift. Sjelfva VML. synes vara skrifven i senare hälften af 14:de århundradet; prof af stilen lemnar Tab. II. Indelningen i Flockar är här den samma som i cod. B, med hvilken denna handskrift äfven i öfrigt mera öfverensstämmer än med cod. C. Vid början af företalet äfvensom af de särskilda Balkarne är rum lemnadt för en större begynnelsebokstaf, hvilken dock ingenstädes är tillsatt [49]). Balkarne hafva till en del dubbla rubriker, en före förtekningen på Flockarne, och en näst före textens början; Balkarnes titlar, med rödt bläck skrifna, läsas öfverst på sidorna. En del Flockar äro försedde med rubriker, och börjas på ny rad, med större röda eller blå begynnelsebokstäfver; men på många ställen äro Flockarne endast utmärkte genom Romerska siffror i brädden. De sista raderna i Jorda-Balken äro skrifna med rödt bläck [50]). Bokstafven* þ *brukas öfverallt. I afseende på orthographien anmärkes:*

a saepe occurrit pro *æ*, ex. c. — a *förekommer ofta i stället för* æ, *t. ex.*

fallæs, hate, klaþe, nat, sware (cfr. not. 70. pag. 136.), *wagh* &c.

æ pro *a:* — æ *för* a:

æff hogh, atækin, æum, hwæt, wærþær &c.

49) Cfr. not. 2. pag. 69.
50) Cfr. not. 72. pag. 185.

49) Jfr. not. 2. sid. 69.
50) Jfr. not. 72. sid. 185.

o saepe pro *ö:* — o *ofta för* ö:

bote, doa, fora, fotær, gor, hoke, lost, note, ror, þon &c.

ö pro *o:* — ö *för* o:

hön, saclösö, þö, övormaghe.

u pro *y:* — u *för* y:

bruz, fund, nukla, þru, þu &c.

i inseritur: — i *inskjutes:*

fiuratigie, hiuru, hirro, hiöra, lefsiughæl.

g pro *k* vel *h:* — g *för* k *eller* h:

bag waþa, göþer, govoz manne.

Litterae transponuntur: — *Bokstäfver omflyttas:*

bort, miclasmæsso, miswærþe, rw*æca.*

t et *þ* in duobus vocabulis concurrentibus, prior littera nonnumquam omittitur: — *Då* t *och* þ *i två ord sammanstöta, uteslutes stundom det förra:*

hwilic(t) þera (KrB. 13: 2.); *a(t) þe* (BB. 22: 1.).

Appellavi hunc codicem D. — *Jag har kallat denna handskrift D.*

5. Codex membranaceus iuris communis R. Magni Erici filii, pertinens ad Bibliothecam Academiae Upsaliensis, sign. N:o 10. Hic codex versus finem saeculi XIV scriptus, habet 217 folia $8\frac{1}{2}$ poll. alta et $6\frac{1}{2}$ poll. lata; tegumento tergino rubro munitus fuit, at tergus, quo inductae fuerunt tabulae ligneae, magna ex parte detritum est. Nomen *nicles dyækn*, quod in inferiori margine foll. 32 et 110 eadem manu qua ipse codex scriptum est, sine dubio ipsius scribae fuit. In inferiori parte antici tegumenti adnotatum est *Pedher Larssonn J Holom* anno (15)75 et *Anders Erichson i wålestad* a. 1583 accepisse munus vicarii iudicis provincialis; priorem vero ex his possedisse hunc codicem patet ex eius adnotatione in postico tegumento,

5. En pergamentscodex af K. Magnus Erikssons Landslag, tillhörig Upsala Akademi-Bibliothek, sign. N:r 10. Denne i slutet af 14:de århundradet skrifne codex har 217 blad af $8\frac{1}{2}$ tums höjd och $6\frac{1}{2}$ tums bredd; den har varit bunden i rödt skinnband; men skinnet, hvarmed träpermarne varit öfverdragna, är till en stor del bortnött. Namnet nicles dyækn, *som i nedra kanten af foll. 32 och 110 finnes skrifvet af samma hand som lagboken, är utan tvifvel skrifvarens eget. På inre sidan af främre permen är antecknadt att* Pedher Larssonn J Holom *år (15)75, och* Anders Erichson i wålestad *år 1583 bekom underlagmansdömet; och att den förre egt denna handskrift, finnes af hans anteckning på bakre permen, der han säger sig hafva lå-*

ubi narrat se a. (15)79 refecisse hunc codicem; qua re sine dubio indicatur codicem illo anno novo tegumento esse ornatum. Postea fuit inter libros Ioh. Thomae Burei. Foll. 1-22 continent librum iuris VM. de iure ecclesiastico, et foll. 23-215 ius commune, quod tamen in fine est mutilatum, abscisso scilicet folio, quod etiam continuit partem iuris aulici rec. manu in fine saeculi XV hic additi, cuius continuatio legitur in ultimis duobus foliis. Liber de iure ecclesiastico habet rubricam, eiusque titulus, pariter ac tituli librorum iuris communis, minio scriptus est in summo foliorum margine. Index capitum libri de iure ecclesiastico desideratur; at talis forsan scriptus fuit in folio, quod in initio voluminis locum habuit, iam vero abscissum est. Divisio in capita multum abhorret ab ea, quam habent codices antea commemorati. Capita incipiunt in nova linea, littera initiali grandiori rubraque ornata, non vero designantur litteris numeralibus; quaedam habent rubricas, cetera autèm talibus carent. Littera *þ* ubique occurrit; duplex *aa* semper quasi in unam litteram contrahitur. Hunc codicem E appellavi.

tit förbättra denna lagbok år (15)79; hvarmed utan tvifvel menas att boken då erhöll nytt band. Sedermera har den tillhört Joh. Thomae Bureus. Foll. 1-22 innehålla VML:s Kristno-Balk, och foll. 23-215 Landslagen, hvaraf dock slutet saknas, derigenom att ett blad blifvit bortskuret, hvilket äfven innehållit början af en af senare hand i slutet af 15:de århundradet tillagd Gårdsrätt, hvaraf fortsättningen läses på de två sista bladen. Kristno-Balken har rubrik, och dess titel är, likasom Balkarnes i Landslagen, skrifven med rödt bläck öfverst på sidorna. Förtekning på Flockarne i Kristno-Balken saknas; men en sådan har möjligtvis funnits på ett numera bortskuret blad i början af boken. Indelningen i Flockar är här mycket olik den i de förutnämnda handskrifterna; Flockarne börjas på ny rad, med en större röd begynnelsebokstaf, men äro ej utmärkte med ordningsnummer; en del äro försedde med rubriker, men de öfrige sakna sådana. Bokstafven þ *brukas öfverallt; det dubbla* aa *är alltid sammandraget. Denna handskrift är af mig kallad E.*

6. Recentior iuris Uplandici codex manuscriptus, ex Bibliotheca Academiae Upsaliensis, sign. N:o 53, qui commemoratur in praefatione ad ius Upl. pagg. VIII-X, cuiusque mentio etiam in praefatione ad ius Sudermannicum pagg. XII, XIII est facta, continet calci librorum KgB., ÆB., ManhB. et JB. additas adnotationes ex iure VM., in quibus, testibus tam varietate lectionum quam capitibus in margine citatis, codicem C secutus est scriba; nonnullis locis quaedam sunt

6. Den Upsala Akademi-Bibliothek tillhöriga yngre handskrift af Uplandslagen, sign. N:r 53, hvilken är beskrifven i företalet till samma lag sidd. VIII-X, och äfven omnämnd i företalet till Södermannalagen sidd. XII, XIII, innehåller vid slutet af KgB., ÆB., ManhB. och JB. anteckningar ur VML., hvarvid, såsom både läsarterna och de i brädden citerade Flockarne utvisa, cod. C blifvit begagnad; på några ställen finnas

addita [51]. Ubi caussam inveni, cur has adnotationes in notis citarem, eas littera F insignivi.

Praeter codices iuris VM. manuscriptos iam commemoratos, alios nonnullos recentiore tempore exstitisse iam vero deperditos esse, nulla adest caussa cur credamus. Unicus codex, qui nomen iuris Dalecarlici accepit, quemque cognovit Hadorph, etiamnunc exsistit; idem valet de codice, quem in editione iuris VM. secutus est Åkerman; omnesque varietates lectionum quas adfert Åkerman, ex uno codice etiamnunc exsistente haustae sunt. Narrat quidem Lundius, in notis ad ius Uplandicum una cum Loccenii versione Latina editum, pag. 165, ex praefatione Regis Magni Erici filii, quam in codice membranaceo invenerat Lundius, constare ius quoque VM. ab illo Rege esse editum; ac circa titulum, quo usus est idem Rex, citat "prologum legum Sudermannicarum, et Vestmannicarum etiam in aliquibus manu exaratis codicibus" (pag. 142.); et denique in diss. *de iustitia et iure Sueonum*, Ups. 1703, pag. 55, mentione facta codicum iuris Sudermannici, Scanici et Dalecarlici ab Åkerman et Hadorph editorum, perhibet "meliores exstare codices manu exaratos" omnium istarum legum [52]; haec vero Lundii commenta non esse curanda, vix opus est observare [53].

tillägg [51]*. Då jag funnit skäl att i noterna anföra dessa anteckningar, har jag utmärkt dem med bokstafven F.*

Att utom de nu omtalade handskrifter af VML., flera skulle hafva i senare tider funnits, som numera gått förlorade, dertill är ingen anledning. Den enda handskrift af den så kallade Dalelagen, som varit Hadorph bekant, finnes ännu i behåll; likaså den i Åkermans edition af VML. följda handskrift; och de af Åkerman anförda varianter äro alla hämtade ur en äfvenledes ännu i behåll varande handskrift. Väl berättar Lundius, i noterna till den jämte Loccenii Latinska öfversättning utgifna Uplandslagen, sid. 165, att Konung Magnus Erikssons företal, hvilket Lundius funnit i en pergamentshandskrift, skall utvisa att äfven VML. blifvit af denne Konung utgifven; och i afseende på den titel samme Konung brukat, åberopar han (sid. 142.) företalet till SML. och VML. i några handskrifter; äfvensom han i sin disp. de iustitia et iure Sueonum, *Ups. 1703, sid. 55, sedan han omnämnt Åkermans och Hadorphs editioner af Södermanna-, Skåne- och den så kallade Dalelagen, föregifver att bättre handskrifter finnas af alla dessa tre lagarne* [52]*; men att dessa Lundii upgifter icke förtjena ringaste upmärksamhet, torde numera knappt behöfva anmärkas* [53]*.*

---

51) Vide not. 81. pag. 115; not. 57. p. 136; not. 76. p. 164.

52) Cfr. SML. præf. pag. VI. not. 13.

53) Cfr. VGL. præf. pag. XLI-XLV; ÖGL. præf. p. XV, XVI; UplL. præf. p. LVIII-LX.

51) Se not. 81. sid. 115; not. 57. s. 136; not. 76. s. 164.

52) Jfr. SML. företal. sid. VI. not. 13.

53) Jfr. VGL. företal. sid. XLI-XLV; ÖGL. företal. s. XV, XVI; UplL. företal. s. LVIII-LX.

II. De prioribus iuris Vestmannici editionibus.

II. Om Vestmannalagens äldre editioner.

1. Dahle Laghen, Then i forna Tijder hafwer brukat warit Öfwer Alla Dalarna och them som in om Dala Råmärken bodde. Nylig igenfunnin vthi ett gammalt MS.[to] *Sampt nu Medh Summarier och Concordantier Uplagd Med Hans Kongl. May:*[tz] *egen bekostnat. Stockholm, Hoos Johan Georg Eberdt Åhr 1676.* In fol.

Antiquus ille manuscriptus codex, qui in hoc titulo commemoratur, idem est, de quo in antecedentibus mentionem feci, quemque littera A insignivi. Ostendi etiam id, quod iuris Dalecarlici nomen accepit, non aliud esse quam antiquiorem iuris Vestmannici codicem. Editor erat Iohannes Hadorph, Secretarius Archivi Antiquitatum, cuius nomen in titulo quidem non adparet, at subscriptum est epistolae, qua hoc opus Regi Carolo XI dedicatur, quaeque legitur eodem folio verso. Praeter ipsum codicem iuris, qui occupat 36 paginas notis numeralibus Arabicis signatas, hoc volumine continetur praefatio editoris in tribus foliis, aliaque praefatio, teste Hadorph, a Stiernhöök conscripta, quae, grandioribus typis expressa, quoque tria occupat folia; ac denique in duobus foliis calci additis, index antiquorum vocabulorum in hoc codice occurrentium, secundum ordinem alphabeticum digestus, aliaque explicatio quorundam obscurorum locorum, et index mendorum typographicorum. Praefatio Hadorphii continet observationes de antiquis patriae nostrae iuris codicibus, ac praesertim de codice Dalecarliae attributo; in hac praefatione quoque insertae sunt praefatio Stiernhöökii nuper commemorata, et litterae Regis Magni Erici filii, quibus confirmatur

Den i denna titel åberopade gamla handskrift är den samma som jag i det föregående har beskrifvit, ock betecknat med bokstafven A. Jag har äfven visat att hvad som fått namn af Dalelag, ej är annat än en äldre bearbetning af Vestmannalagen. Utgifvaren var Sekreteraren vid Antiqvitets-Arkifvet Johan Hadorph, hvars namn väl ej finnes på titelbladet, men är underteknadt en på andra sidan af samma blad tryckt dedication till Konung Carl XI. Utom sjelfva lagboken, som uptager 36 med Arabiska siffror numererade sidor, finnes här ett företal af utgifvaren på tre blad, ett annat, enligt Hadorphs upgift, af Stjernhöök författadt, med gröfre stil tryckt företal; äfven på tre blad, samt i slutet på två blad en alphabetisk "Förtekning vppå någre gamble Ord i Dale Lagen, med theras Vttydning", en särskild "Förklaring vppå några mörka Meningar", och en förtekning på tryckfel. Hadorphs företal innehåller anmärkningar angående de särskilda gamla lagarne, och i synnerhet angående den förmenta Dalelagen; i detta företal är äfven Stjernhööks nyssnämnda företal infördt; äfvensom här är intagen K. Magnus Erikssons

codex iuris Sudermannici[54]. **Stiernhöökii** praefatio continet argumentationem, qua nixus ille statuit hunc codicem Dalecarliae esse tribuendum; argumenta quae hunc in finem tam ab illo quam ab **Hadorph** allata sunt, supra (pagg. VII-IX, XIII-XVI) attuli et confutavi. Ipsi iuris codici inscriptus est titulus *Dale Laghen*, quem ignorat manuscriptus codex; titulum quoque *Kyrkio Balkir* addidit editor. Ex titulo *Arfda Balkir* hic (ad GB. 11.) addito, exstitit novus liber, cuius nomen in manuscripto codice non legitur. Ut minores sectiones, in quas dividitur textus, ab **Hadorph** factae sunt, ita indices harum sectionum, vel, ut in titulo appellantur, summaria, singulis libris praefixa, ab ipso sunt composita. Quae in titulo quoque commemorantur "concordantiae", eae consistunt notis in margine additis, quibus indicantur convenientes loci ceterorum antiquorum iuris codicum. Praeter quod orthographiam manuscripti codicis non exacte servavit **Hadorph**, multa hic deprehenduntur menda typographica, quorum quidem aliqua sunt observata in indice erratorum calci adiecto; ex iis vero, quae ibi emendationis nomine adferuntur, quaedam non tantum manuscripto codici repugnant, verum etiam per se prava sunt, ex. c. *saat* (MB. 21.) mutatum in *sant; skyria* (BB. 1.) in *byria; af* (BB. 5: pr.) in *at* &c. Menda quaedam scripturae in manuscripto codice occurrentia, hic quidem in ipso textu emendantur, non tamen indicata facta emendatione, ex. c. *g(r)undwal* (KrB. 1.), *bon(de)* (KrB. 4: 1.) &c.; tales vero emendationes interdum praeter

Stadfästelse på Södermannalagen[54]. *Stjernhööks företal innehåller den bevisning, på grund hvaraf den ifrågavarande lagboken ansågs hafva tillhört Dalarne; de skäl som till bestyrkande häraf blifvit så väl af honom som af Hadorph framställda, har jag förut (sid. VII-IX, XIII-XVI) anfört och vederlagt. Sjelfva lagboken är försedd med titlen* Dale Laghen, *hvilken naturligtvis icke finnes i handskriften; äfven titlen* Kyrkio Balkir *är af utgifvaren tillsatt. Genom den här (vid GB. 11.) tillsatta titlen* Arfda Balkir *har en Balk tillkommit, som ej finnes i handskriften. Som de smärre afdelningarne af texten äro af Hadorph gjorda, så äro ock de derpå syftande förteckningar eller, såsom de på titelbladet kallas, summarier, vid Balkarnes början, af honom författade. De på titelbladet jämväl omnämnda concordantier bestå i hänvisningar till de andra gamla lagarne, anteknade i brädden. Utom det att handskriftens orthographi icke är af Hadorph noga iakttagen, finnes här en mängd egentliga tryckfel, af hvilka väl en del äro anmärkta i de vid slutet tillagda rättelserna; men flera af dessa förmenta rättelser äro icke allenast stridande mot handskriften, utan ock i sig sjelfva oriktiga, t. ex.* saat *(MB. 21.) ändradt till* sant; skyria *(BB. 1.) till* byria; af *(BB. 5: pr.) till* at *&c. Några i handskriften förekommande skriffel äro här i sjelfva texten rättade, naturligtvis utan att förhållandet är tillkännagifvet, t. ex.* g(r)undwal *(KrB. 1.),* bon(de) *(KrB. 4: 1.) &c.; men flera af dessa rättel-*

54) Cfr. SML. praef. pag. XLVI, XLVII.

54) Jfr. SML. föret. sid. XLVI, XLVII.

necessitatem sunt factae, ex. c. cum *þær ær sanð*, KrB. 12, mutatur in *thät är sant; giora, gior, giors* saepe mutantur in *giöra, giör, giörs* &c.; emendatio vero in manuscripto codice ab ipso scriba facta, qua *Slar* mutatum est in *Skær* (BB. 22: 1.) hic non est observata. Interdum singula verba omittuntur, ex. c. *næmð*, KrB. 4: 2; *markum*, MB. 3: 6. &c.; verba: *fall hans fyritighi markir. taki een lut kunungir annan biscopir. þriþia hwndarit*, MB. 1: pr., praetermittuntur. Additur vero *Här byrias* in principio libri *Manhælghis Balker* et sequentium librorum. Multa male legit editor, ex. c. *tw* pro *tiv, til* pro *tu*, KrB. 3: 4; *slik* pro *slit*, KrB. 4: pr.; *Sokninnin* pro *soknninni*, ibid. §. 2; *Guzzuua* pro *guzziuia*, KrB. 9: pr.; *barnin* pro *barnni*, ibid. §. 2. &c.; ita saepe pro *ð* lectum est *der* vel *dir*, ex. c. *breder, widir*, pro *breð, wið*, BB. 19: 1; ita pro *n*, ubi haec littera in manuscripto codice lineola notatur, interdum lectum est *ne*, ex. c. *inne*, Eþs. 2: 2; *wine*, Eþs. 4: 1; *bönine*, Eþs. 6: pr. &c. Interpungendi ratio heic, ut adsolet, a manuscripto codice discedit, et hac quoque in re interdum erratum est; sic pro *æki flerum corn giwa een tyw* (i. e. *æn tiu*), KrB. 8, legitur: *äki flere, korn giwa een tyw*, et in indice verborum explicandorum calci adiecto observatur verba *een tyw* significare unam tonnam. Istae glossae praeterea multa continent quae vera sunt, etsi difficilioribus locis haud multum luminis adferunt.

ser äro onödiga, såsom då þær ær sanð, *KrB. 12, är ändradt till* thät är sant; giora, gior, giors, *på många ställen till* giöra, giör, giörs *&c.; deremot är den i handskriften förekommande egenhändiga rättelsen af* Slar *till* Skær *(BB. 22: 1.) här ej iakttagen. På flera ställen äro enskilda ord förbigångna, såsom* næmð, *KrB. 4: 2;* markum, *MB. 3: 6. &c.; orden:* fall hans fyritighi markir. taki een lut kunungir annan biscopir. þriþia hwndarit, *MB. 1: pr., äro utelemnade. Deremot tillägges:* Här byrias, *vid början af Manhælghis och de följande Balkarne. Många fel hafva upkommit genom oriktig läsning i handskriften, t. ex.* tw *för* tiv, til *för* tu, *KrB. 3: 4;* slik *för* slit, *KrB. 4: pr.;* Sokninnin *för* soknninni, *ibid. §. 2;* Guzzuua *för* guzziuia, *KrB. 9: pr.* barnin *för* barnni, *ibid. §. 2. &c.; så har på flera ställen* ð *blifvit läst som* der *eller* dir, *t. ex.* breder, widir, *för* breð, wið, *BB. 19: 1; så har bokstafven* n, *då den i handskriften är märkt med ett litet streck, stundom blifvit läst som* ne, *t. ex.* inne, *Eþs. 2: 2;* wine, *Eþs. 4: 1;* bönine, *Eþs. 6: pr. &c. Interpunktionen afviker här, såsom vanligt, från handskriften, och äfven häruti röjer sig stundom missförstånd, såsom då i stället för:* æki fler*um* corn giwa een tyw *(d. ä.* æn tiu*), KrB. 8, här läses:* äki flere, korn giwa een tyw, *och i den i slutet tillagda ordförklaringen anmärkes att orden* een tyw *betyda en tunna. Ordförklaringarne innehålla för öfrigt mycket som är riktigt, ehuru de, i afseende på svårare ställen, ej äro synnerligen upplysande.*

Inter versiones Latinas a Loccenio conscriptas, quarum mentio facta est in praefatione ad ius Ostrogoticum pag.

Bland de af Loccenius utarbetade Latinska öfversättningar, hvilka äro omtalade i företalet till Östgötalagen

XXII, quoque leguntur "Dalicae leges," secundum editionem Hadorphii Latine redditae.

sid. XXII, finnas äfven "Dalicae leges", *öfversatta efter Hadorphs edition.*

2. *Wästmanna Laghbook, Efter Den Stormechtigste, Höghborne Furstes och Herres, Herr Carl then Elloffties Sweriges, Göthes och Wändes Konungs .... Befalning Vthaff ett gamalt MS*[to] *som finz in Archivo Regni, medh flijt affskrifwin, och medh the andra Lagharne jämfört Af Claudio Åkerman. Cum Gratia & Privilegio S. R. M. Sveciæ. Tryckt i Stockholm, hoos Ignatium Meurer, Kongl. Booktr. medh egen bekostnadt, och fins hoos honom til kiöps. Åhr 1666.* In fol.

Iuris Vestmannici codex recentior ille est, quem sub hoc titulo edidit Åkerman. Collectionis ab eo editae generalem titulum exhibet praefatio ad ius Ostrogoticum pag. XX [55]). Ius Vestmannicum occupat 52 folia notis numeralibus Arabicis signata, praeter duo folia, quorum alterum titulum, alterum praefationem editoris continet. Codex manuscriptus, quem secutus est editor, ille est, quem littera C insignivi; quae in illo codice ex iure Vestrogotico calci sunt addita, hic quoque leguntur; collatus etiam est codex D, ex quo haustae sunt varietates in ultimis tribus paginis huius editionis enumeratae; editori autem non cognitum fuisse cod. B, verisimile est. Collatio cum ceteris iuris codicibus in titulo commemorata, adparet ex locis parallelis in margine adnotatis, qui tamen, paucis exceptis, tantum pertinent ad ius Uplandicum et

Det är Vestmannalagens yngre codex, som under denna titel blifvit af Åkerman utgifven. Den till den af honom utgifna samling hörande allmänna titel är anförd i företalet till Östgötalagen sid. XX [55]*). Vestmannalagen uptager 52 med Arabiska siffror numererade blad, utom titelbladet och ett blad innehållande utgifvarens företal. Till grund för texten har blifvit lagd den handskrift som jag utmärkt med bokstafven C, och ur hvilken äfven de till Vestgötalagen hörande tilläggen i slutet här blifvit aftryckta; utgifvaren har äfven jämfört cod. D, ur hvilken de på de 3 sista sidorna i denna edition anförda "Åthskilnadher i Wästmannalaghen" äro hämtade; men cod. B har han sannolikt ej känt. Den på titelbladet omtalade jämförelsen med de andra lagarne röjer sig uti de i brädden antecknade parallelställen, hvilka dock, med få undantag, endast äro hämtade*

55) Cfr. SML. præf. pag. XLIII. — Åkerman fuisse I. U. Doctorem equidem retuli, veteribus narrationibus nixus, de quarum veritate neque caussam inquirendi habui, nec occasionem. De re dubitat W. G. Lagus, in programmate de promotione I. U. Doctorum, in Academia Helsingforsensi a. 1840 celebrata, pag. 30.

55) Jfr. SML. föret. sid. XLIII. — Att Åkerman varit J. U. Doctor har jag antagit efter äldre upgifter, hvilkas riktighet jag hvarken haft anledning eller tillfälle att undersöka. Förhållandet drages i tvifvelsmål af W. G. Lagus, i programmet till 1840 års J. U. Doctors Promotion vid Helsingfors Universitet, sid. 30.

codicem iuris communis Christophorianum. In principio textus codicis iuris adpositus est titulus *WästmannaLaghen*, quem non habet manuscriptus codex; in indicibus capitum litterae numerales Romanae in notas Arabicas mutatae sunt; in principio cuiusque capitis adpositum est vocabulum *Flokker;* omnia capita rubricas acceperunt. Duae illae rubricae, quas codex manuscriptus habet in principio textus libri de iure ecclesiastico [56]), inverso ordine hic leguntur. Praeterea ut codici iuris Sudermannici ab eodem editore publicato, ita omnino huic quoque operi est comparatum. Orthographia manuscripti codicis non exacte servata est; praesertim *e* vel *a* saepe ponuntur pro *æ*, *ä* pro *a*, *ö* pro *o*, *k* pro *ch*, duplices litterae pro simplicibus, et contra; *h* iam additur, iam omittitur &c. Maioris quoque momenti menda hic sunt frequentissima. Ita vocabula saepenumero sunt commutata; ex. c. *thet* legitur pro *oc*, *hans* pro *þæs*, *twetolftum* pro *þretolftum*, *Thräl* pro *þæt*, *Thingo widh* pro *þingariþ*, *äller* pro *oc æi*, *aff grannum* pro *fore grannum sinum*, *wil äi* pro *comber æi till þings at*, *witzordhe* pro *nempne* &c. Saepe adduntur verba; saepius vero unum plurave vocabula omittuntur, ex. c. rubrica: *Hær byrias conongs balkær* [57]); verba: *stemno dagh husfrune. maþaþa*, ÆB. 10: 1; *.C. marcum warþer silfsmiþer i smiþio sinne. gilder meþ*, MB. 11: 2; *e þær til ören ær fulder*, JB. 15: pr.; *opit breff til at föra conongs*, KpB. 13: 3; *ær æi bar oc atakin*, BB. 14: pr.; *lot hans vskiptan. þa böte III.*

ur Uplandslagen och Christoffers *Landslag. I början af lagbokens text är här tillsatt öfverskriften* WästmannaLaghen, *hvilken ej finnes i handskriften; vid förteckningarne på Flockarne äro de Romerska siffrorna ändrade till Arabiska; vid början af hvar Flock är tillsatt ordet* Flokker; *alla Flockar äro försedde med rubriker. De båda rubriker som i handskriften finnas vid början af Kristno-Balkens text* [56]), *äro här omflyttade i motsatt ordning. För öfrigt är detta arbete af alldeles samma beskaffenhet som samme utgifvares edition af Södermannalagen. Handskriftens orthographi är ej noggrannt iakttagen; i synnerhet finnes ofta* e *eller* a *för* æ, ä *för* a, ö *för* o, k *för* ch, *dubbla bokstäfver för enkla, och tvärtom;* h *är än tillagdt, än utelemnadt &c. Äfven betydligare fel träffas här i stor mängd. Så finnas här ganska ofta ord alldeles utbytta, t. ex.* thet *i stället för* oc, hans *för* þæs, twetolftum *för* þretolftum, Thräl *för* þæt, Thingo widh *för* þingariþ, äller *för* oc æi, aff grannum *för* fore grannum sinum, wil äi *för* comber æi till þings at, witzordhe *för* nempne *&c. På många ställen äro ord tillagda; på ännu flera ställen äro ett eller flera ord utelemnade, t. ex. rubriken:* Hær byrias conongs balkær [57]); *orden:* stemno dagh husfrune. maþaþa, *ÆB. 10: 1;* .C. marcum warþer silfsmiþer i smiþio sinne. gilder meþ, *MB. 11: 2;* e þær til ören ær fulder, *JB. 15: pr.;* opit breff til at föra conongs, *KpB. 13: 3;* ær æi bar oc atakin, *BB. 14: pr.;* lot hans vskiptan. þa böte III.

56) Vide not. 1. pag. 82.
57) Cfr. not. 1. pag. 112.

56) Se not. 1. sid. 82.
57) Jfr. not. 1. sid. 112.

marker. far han oc siþan, BB. 16: 2; *Dela saman twe stena oc en sten. giffs twe stena wighzorþ* (sic), BB. 18: pr.; *oc hawa baþir ett bols merke,* BB. 26: 1. &c. Verba: *Ligger owigt adra, ok thrim markom,* KrB. 11: 1, quae sine dubio errato fuerant omissa, in margine sunt adposita. Multa verba ab editore male lecta sunt, qua re exstiterunt menda, ex. c. *huu ok heller* pro *hun oc hell,* KrB. 5: pr. *Sialamässomun* pro *siala mæsso* (ubi nempe ornamentum, quale ad complendam lineam adhiberi soluit [58]), litteris *mun* perperam expressum est), KrB. 7: rubr. &c. Notae abbreviationum saepe perperam sunt lectae, ex. c. *Kirkio wäriande* pro *kirkio wæriander*, *Präste* pro *præster*, *allerhanda* pro *aldrahanda* &c.; sic multis locis lectum est *marker* pro *marcum, marka* vel *mark, thre marker* pro *III. marcum,* ac nonnumquam *thrim* (pro *III*) *marker; XL* mutatum est iam in *fiughurtighi,* iam in *fiorthighi,* iam in *fyratyo,* iam in *fyratighi; IIII*[or] (i. e. quattuor) mutatum est in *fior,* ubi legendum est *fiughur* aut *fiura,* at contra in *fiora* ubi legendum est *fiurum; oræ* vel *oras* (i. e. *öra,* nom. v. acc.; cfr. not. 1. pag. 153.) ubique mutatum est in *örum* &c. Saepe neglectae sunt notae abbreviationum, ex. c. *Präst, gild, siuk* &c. pro *præster* &c. Menda quaedam scripturae in manuscripto codice occurrentia hic correcta sunt, ex. c. *byaggia, guziwialalagh* &c.; alia contra intacta manserunt, ex. c. *amo* [59]); multis locis mutationes praeter omnem necessitatem factae sunt; ex. c. *göra* pro *giora, thre* pro *þrie, nokor* pro *nokar, hwilka* pro *hwilica, thingsgäl-*

58) Vide SML. Tab. I et II.
59) Vide not. 89. pag. 74.

marker. far han oc siþan, *BB. 16: 2;* Dela saman twe stena oc en sten. giffs twe stena wighzorþ *(sic), BB. 18: pr.;* oc hawa baþir ett bols merke, *BB. 26: 1. &c. Orden:* Ligger owigt adra, ok thrim markom, *KrB. 11: 1, hvilka utan tvifvel hade blifvit uteglömda, äro tillagda i brädden. Många fel hafva upkommit genom oriktig läsning i handskriften, t. ex.* huu ok heller *för* hun oc hell, *KrB. 5: pr.;* Sialamässomun *för* siala mæsso *(då en till fyllnad i raden anbragt vanlig prydnad [58]) blifvit läst som* mun*), KrB. 7: rubr. &c. Ofta hafva förkortningsteknen blifvit orätt lästa, t. ex.* Kirkio wäriande *för* kirkio wæriand*er,* Präste *för* præst*er,* allerhanda *för* ald*ra*handa *&c.; så har på många ställen blifvit läst* marker *i stället för* marcum, marka *eller* mark, *och* thre marker *i stället för* III. marcum, *likasom någon gång* thrim *(i stället för* III*)* marker; XL *har blifvit förvandladt än till* fiughurtighi, *än till* fiorthighi, *än till* fyratyo, *än till* fyratighi; IIII[or] *(d. ä.* quattuor) *har blifvit gjordt till* fior *i stället för* fiughur *eller* fiura, *och deremot till* fiora *i stället för* fiurum; or*æ eller* ora*s (d. ä.* öra, *nom. eller acc.; jfr. not. 1. sid. 153.) görs beständigt till* örum *&c. Ofta äro förkortningstecken förbisedda, t. ex.* Präst, gild, siuk *&c. för* præst*er &c. En del af de i handskriften förekommande skriffel äro här rättade, t. ex.* byaggia, guziwialalagh *&c.; andra qvarstå deremot, såsom* amo [59]*); och på många ställen finnas ganska onödiga förbättringar, såsom* göra *för* giora, thre *för* þrie, nokor *för* nokar, hwilka *för* hwilica, things-

58) Se SML. Tab. I och II.
59) Se not. 89. sid. 74.

dum pro *þiæns gældum* &c. Ordo verborum haud raro mutatus est, ex. c. *tolf män thät* pro *þæt .XII. mæn; han widh* pro *wiþ han* &c. — Varietates calci adiectas ex cod. D esse haustas supra observatum est. Nonnullas quidem harum varietatum quoque habet cod. B; at inde non sequitur hunc codicem editori fuisse cognitum; nec quae in citationibus ex cod. D deprehenduntur vitia, manifestae incuriae tribuenda, probant tales citationes alium quendam codicem respicere.

Etiam codex iuris VM. ab Åkerman editus, a Loccenio Latine versus exstat in collectione supra commemorata. Heic, sicut in versione iuris Sudermannici a Loccenio conscripta[60]), praetermissus est liber de iure ecclesiastico, cuius loco tantum adnotatum est illum librum "convenire cum titulo de iure ecclesiastico Latine verso, et adiecto LL^us. Sueticis civitatum."

III. De hac iuris Vestmannici editione.

Cum duo exstent iuris VM. codices, alter antiquior alter vero recentior, hos duos codices exhibui in duabus huius editionis partibus. Prior igitur pars continet Iuris Vestmannici codicem antiquiorem, qui hactenus cognitus fuit sub falso nomine iuris Dalecarlici; ex unico manuscripto codice qui exstat, sc. cod. A (B 54 in Regia Bibliotheca Stockholmiensi). Rubricam *Kristnu balker*, quae hic desideratur, ex recentiori codice mutuatus sum.

60) Cfr. SML. præf. pag. XLVI.

gäldum *för* þiæns gældum *&c. Ej sällan är ordens ordning ändrad, såsom* tolf män thät *för* þæt .XII. mæn; han widh *för* wiþ han *&c. — Angående de i slutet tillagda "åthskilnadher" är förut anmärkt att dessa äro hämtade ur cod. D. Några af dessa olikheter finnas väl äfven i cod. B, men häraf följer ej att utgifvaren känt denna handskrift, likasom de genom uppenbar vårdslöshet tillkomna oriktigheter i citationerna ur cod. D icke bevisa att dessa skulle vara hämtade ur någon annan handskrift.*

Äfven den af Åkerman utgifna VML. är af Loccenius på Latin öfversatt i den förut omnämnda samlingen. Här, likasom i Loccenii öfversättning af Södermannalagen[60]), är Kristno-Balken förbigången; i dess ställe läses endast den anmärkning, att denna Balk öfverensstämmer med den på Latin öfversatta Kyrk-Balk, som är bifogad Sveriges Stadslag.

III. Om närvarande edition af Vestmannalagen.

Emedan af VML. finnas i behåll tvänne bearbetningar, en äldre och en nyare, så äro dessa bearbetningar tryckta i två särskilda afdelningar af denna edition. Förra afdelningen innehåller derför den äldre codex af Vestmannalagen, den samme som hittills varit känd under det oriktiga namnet Dalelagen; efter den enda kända handskrift som finnes, eller cod. A (B 54 på Kongl. Bibliotheket i Stockholm). Rubriken Kristnu balker, *hvilken här saknas, är lånad från den*

60) Jfr. SML. föret. sid. XLVI.

Cum singuli libri heic, sicut in iuris Vestrogotici codice antiquiore, non sunt divisi in capita et paragraphos, talis divisio a me est facta, ut mihi idoneum visum est, qua in re neque curavi divisionem antea ab Hadorph inepte factam, nec normam praebuerunt signa ¶ in manuscripto codice occurrentia, quae interdum in mediam periodum sunt intrusa (ut KrB. 3: 6; 6: 1.). Divisionem in capita hic, sicut in codice iuris Vestrogotici antiquiore, notis numeralibus Arabicis, non vero litteris numeralibus Romanis designavi, ut ea res indicio esset illam divisionem in manuscripto codice non exsistere. Quo facilior esset comparatio huius codicis cum recentiore, hic, sicut in iure VG., locos recentioris codicis convenientes propriis notis textui subiectis indicavi, in quibus signum aequalitatis (=) denotat locos, qui similia fere continent; verbum *cfr. (confer)* indicat locos minus convenientes; ubi vero tales notae parenthesi includuntur, loci designantur, qui de eadem quidem re agunt, non vero similia continent. Quoniam loci quidam huius codicis ex iure Uplandico aut Sudermannico excerpti sunt, eiusmodi locos quoque in notis indicavi. — Posterior pars continet Iuris Vestmannici codicem recentiorem. Heic secutus sum cod. B (B 57 in Regia Bibliotheca Stockholmiensi), qui in fine quidem mutilus est, at mendis minus scatet quam cod. C; huc accedit quod, collato iure Uplandico, mox adparet codicem B continere primigeniam divisionem in capita, quam etiam servat cod. D, at contra ulteriorem

yngre codex. Emedan denna handskrift, likasom Vestgötalagens äldre codex, ej har någon indelning i Flockar och paragrapher, så har jag gjort en sådan indelning som synts mig lämplig, hvarvid hvarken afseende kunnat göras på den förut af Hadorph utan urskilning gjorda indelning, icke heller de i handskriften förekommande teknen ¶, hvilka stundom äro insatta midt uti en period (såsom KrB. 3: 6; 6: 1.), kunnat tjena till ledning. Indelningen i Flockar har jag här, likasom i VGL:s äldre codex, utmärkt med Arabiska och ej med Romerska siffror, för att erinra derom, att denna indelning ej finnes i handskriften. För att lätta jämförelsen med den yngre codex har jag här, likasom i VGL., näst under texten på hvar sida tillsatt hänvisningar till motsvarande ställen i den yngre codex; hvarvid likhetstecken (=) utmärker sådana ställen som hufvudsakligen äro af lika innehåll; deremot hänvisar cfr. (confer) *till ställen der mindre likhet finnes; och der en sådan hänvisning är satt i parenthes, så utmärkas dermed ställen som handla om samma ämne, utan någon likhet i innehållet. Som åtskilliga ställen i denne codex tydligen äro hämtade ur Uplands- eller Södermannalagarne, så hafva äfven sådana ställen blifvit genom dylika hänvisningar anmärkta. — Senare afdelningen innehåller den yngre codex af Vestmannalagen. Till grund för texten har jag här lagt cod. B (B 57 på Kongl. Bibliotheket i Stockholm), hvilken väl är defekt i slutet, men är mindre felaktig än cod. C; hvartill kommer att det genom jämförelse med Uplandslagen genast visar sig att cod. B innehåller den ursprungliga, äfven i cod. D bibehållna indelningen i Flockar, hvar-*

capitum dissectionem, quam exhibet cod. C, esse immutationem posterius factam. Ea tantum, quae in fine codicis B desunt, ex cod. C supplevi [61]. Capita, ubi necessarium visum est, in paragraphos divisi. Varietates, quas continent codd. C et D, ac in libro de iure ecclesiastico quoque E, exceptis manifestis quibusdam scripturae mendis, in notis sunt observatae; ex adnotationibus, quas littera F insignivi, paucis tantum locis varietates attuli. In cod. B indices capitum omnium librorum in initio voluminis scripti sunt, quamobrem ibi adnotavi varietates ex illis indicibus quales eos, solito more, fronti singulorum librorum antepositos habent codd. C et D [62]. Cum hic codex magna ex parte transscriptus sit ex iure Uplandico, multa vero ex antiquiore iuris VM. codice sint hausta, quaedam denique ex iure Sudermannico excerpta sint, heic quoque textui notas subnexui, quibus indicantur loci convenientes non solum antiquioris codicis, sed etiam iuris Uplandici et Sudermannici; ubi vero hae notae ad antiquiorem codicem delegant, signum aequalitatis indicat locos maxime convenientes; *cfr. (confer)* autem locos ex quibus, etsi praeterea minus similibus, tamen aliquid transiit in recentiorem codicem, nisi parenthesi inclusa sit nota, qua re indicatur locum antiquioris codicis parallelum quidem esse, nihil vero inde esse excerptum [63].

emot Flockarnes sönderstyckning i cod. C tydligen är en senare gjord förändring. Endast hvad som fattas i slutet af cod. B, är fyldt ur C [61]*. Flockarne har jag, der så funnits nödigt, indelat i §§. De olikheter som finnas i codd. C och D, äfvensom, hvad Kristno-Balken beträffar, i E, hafva, med undantag af några uppenbara skriffel, blifvit i noterna anmärkta; ur de anteckningar, som jag utmärkt med bokstafven F, har jag endast på några få ställen funnit anledning att anmärka olikheter. I cod. B hafva förtekningarne på Flockarne i alla Balkarne fått sin plats i början af boken, hvarför jag der anmärkt olikheterna i dessa förtekningar, sådana de i codd. C och D finnas, såsom vanligt, införda vid början af de särskilda Balkarne* [62]*. Emedan en stor del af denne codex är afskrifven ur Uplandslagen, mycket åter hämtadt ur VML:s äldre codex, och åtskilliga ställen äro lånta från Södermannalagen, så har jag äfven här närmast under texten tillsatt hänvisningar till motsvarande ställen i den äldre codex, äfvensom i Uplands- och Södermannalagarne; hvarvid, i afseende på hänvisningarne till den äldre codex är att märka att likhetsteknet är satt vid de mera öfverensstämmande ställen;* cfr. (confer) *åter vid sådana, der öfverensstämmelsen är mindre, men likväl något är hämtadt ur den äldre codex, då hänvisningen ej är satt i parenthes, hvarigenom endast tillkännagifves att stället i den äldre codex är motsvarande, utan att likväl något är der hämtadt* [63]*.*

61) Cfr. not. 12. pag. 239.
62) Cfr. not. 26. pag. 71.
63) Ita ex. c. notae ad KgB. 1-5, quibus ad

61) Jfr. not. 12. sid. 239.
62) Jfr. not. 26. sid. 71.
63) Så äro t. ex. hänvisningarne till den

Quod ad glossarium attinet, haec observentur. Cum ius VM., praesertim in recentiore codice, multa contineat quae ex iure Uplandico transscripta sunt, superfluum omnino mihi visum est in glossario iterum citare ac explicare tales locos ex iure Upl. transscriptos, qui in glossario codici Upl. adnexo iam sunt explicati. Notae eiusmodi locis textui subnexae, quae delegant ad ius Upl., itaque etiam delegant ad glossarium iuris Upl. respectu habito omnium vocabulorum ex iure Upl. transscriptorum, quae explicatione indigent. Attamen vocabula nonnulla rariora, talibus locis occurrentia, heic quoque locum obtinuerunt, ex. c. *afkænno þing, brigþ, gærsala* &c. Praeterea de hoc glossario eadem valent, quae in praefationibus ad codices iuris Uplandici et Sudermannici dicta sunt.

Quoniam manuscriptus codex iuris Vestmanniae recentioris quem ego secutus sum (B), excepto libro de iure ecclesiastico, habet divisionem in capita longe diversam ab illa, quam habet codex ab Åkerman editus (C), etsi divisio codicis C facile percipitur non tantum ex varietatibus ad indices capitum adnotatis (pagg. 71-81.), sed etiam ex notis textui adiectis, quae indicant locos, ubi cod. C, a cod. B discedens, incipit nova capita [64]), ta-

I afseende på glossarium anmärkes att då en stor del af VML., i synnerhet dess yngre codex, är afskrifven ur Uplandslagen, så har jag ansett alldeles onödigt att i glossarium nu åter uptaga och förklara de på sådana ur UplL. afskrifna ställen förekommande ord, hvilka redan blifvit i UplL:s glossarium uptagna och förklarade. De vid sådana ställen nedanför texten tillsatta hänvisningar till UplL. kunna derför ock anses som hänvisningar till UplL:s glossarium i afseende på alla de ur UplL. hämtade ord, som tarfva förklaring. Endast några på dylika ställen förekommande sällsyntare ord äro äfven här uptagna, såsom afkænno þing, brigþ, gærsala *&c. För öfrigt åberopas hvad angående glossarium blifvit anfördt i företalen till Uplands- och Södermannalagarne.*

Emedan den af mig följda handskrift af VML:s yngre codex (B), med undantag af Kristno-Balken, har en helt annan indelning i Flockar än den af Åkerman *följda handskrift (C), har jag, ehuru indelningen i sistnämnde codex lätteligen inhämtas dels af de vid förteckningarne på Flockarne (sidd. 71-81.) anmärkta olikheter, dels af de vid texten fogade noter, der det blifvit tillkännagifvet hvar cod. C börjar nytt capitel på andra ställen än texten* [64]*), dock, på det*

antiquiorem codicem delegatur, parenthesi inclusae sunt, quoniam illa capita ex iure Upl. transscripta, etsi cum antiquiore codice convenientia, nihil tamen continent, quod ex hoc transscriptum sit, sicut e contrario ex. c. KgB. 6: 1. factum est.

64) Ex. c. not. 7. pag. 112; nott. 76, 78, 82. p. 115.

äldre codex vid KgB. 1-5 ställda i parenthes, emedan dessa ur UplL. afskrifna Flockar, ehuru öfverensstämmande med den äldre codex, dock ej innehålla något som är taget ur denne, såsom förhållandet deremot är t. ex. med KgB. 6: 1.

64) T. ex. not. 7. sid. 112; nott. 76, 78, 82. s. 115.

men, quo promtius inveniantur in hac editione loci iuris VM. in antiquioribus scriptis citati, subtexui tabulam, quae indicat locos huius editionis capitibus codicis C respondentes; qua in re observanda est perturbatio, quae in dicto codice, respectu habito litterarum numeralium, quibus designantur capita libri *Jorþa balker*, inde exstitit, quod unum caput errato est praetermissum [65]).

Lundae d. XVII Novembris MDCCCXLI.

att de i äldre skrifter citerade ställen i VML. må kunna så mycket lättare igenfinnas i denna edition, bifogat en Tabell, som utvisar de mot hvar Flock i cod. C svarande ställen i denna edition; hvarvid är att märka den oreda, som i nämnda handskrift vid numereringen af Flockarne i Jorda-Balken upstått i anledning deraf, att en Flock blifvit af mistag förbigången [65]*).*

Lund d. 17 November 1841.

---

65) Vide not. 100. pag. 176; not. 2. p. 177.

65) Se not. 100. sid. 176; not. 2. s. 177.

EXPLICATIO LITTERARUM, QUIBUS CODICES MANUSCRIPTI ETC. SIGNIFICANTUR.

A. Codex Bibliothecae Regiae Stockholmiensis, B 54. (vide supra pag. I.)

B. Cod. Bibl. Reg. Stockholm. B 57. (vide pag. XXI.)

C. Cod. Bibl. Reg. Stockholm. B 56. (vide pag. XXVI.)

D. Cod. Bibl. Reg. Stockholm. B 55. (vide pag. XXVIII.)

E. Cod. Bibl. Acad. Upsal. N:o 10. (vide pag. XXX.)

F. Cod. Bibl. Acad. Upsal. N:o 53. (vide pag. XXXI.)

Had. Hadorph, Iuris Vestmanniae antiquioris editio sub nomine *Dahle Lagken* (vide pag. XXXIII.).

Locc. Loccenius, Iuris Vestmanniae antiquioris et recentioris versiones Latinae (vide pag. XXXV, XXXIX.).

CONSPECTUS OPERIS.

I. Iuris Vestmannici codex antiquior . . . . pag. **1.**

Kristnu balker (KrB.) . . . . 3.

Kunungs ezöre (Eþs.) . . . . 11.

Manhælghis balkir (MB.) . . . . 16.

Bygninga balkir (BB.) . . . . 26.

Gipninga balkir (GB.) . . . . 47.

Wm þiufnadh (Þj.) . . . . 53.

Þingh balkir (ÞgB.) . . . . 59.

II. Iuris Vestmannici codex recentior . . . . **67.**

Praefatio (Præf.) . . . . 69.

Indices capitum (KrB. &c. ind.) . . . . —

Kristno balkær (KrB.) . . . . 82.

Konongs balkær (KgB.) . . . . 112.

Ærfda balkær (ÆB.) . . . . 118.

Manhælghis balkær (MB.) . . . . 137.

Jorþa balkær (JB.) . . . . 172.

Köpmala balkær (KpB.) . . . . 185.

Bygninga balkær (BB.) . . . . 195.

Þingmala balkær (ÞgB.) . . . . 226.

Glossarium . . . . **241.**

Index nominum propriorum . . . . **352.**

Tabula, quae indicat locos huius editionis, capitibus codicis C respondentes . . . . **353.**

Addenda et emendanda . . . . **357.**

ADDENDA ET EMENDANDA.

In hoc volumine.

Pag. 28. lin. 2. *ad v.* salumanni *adnota: salumannin* legendum videtur.

p. 58. l. 11. *ad v.* ella *adnota: fori* addendum videtur.

p. 77. l. 6. pro: *tælies* lege: *tælies*

p. 78. not. 60. l. 10. ad v. *rymer* adnota: (legendum videtur *rinder* vel *ligger*)

p. 133. l. 2. *ad v.* lanzræt *adnota:* B. Man. paullo rec. in marg. add. *hon.*

p. 161. l. 12. *ad v.* marcom *adnota: narcom* quoque legi potest.

p. 283. v. *Hælagher.* Locutio: *i hælghum sætum* respicere videtur duo sedilia, quae in iure Hels. ÆB. 2. designantur verbis *i fæstum* et *i bruþa bænki.*

p. 324. v. *Sællaboþ.* Etsi explicatio h. v. ab Ih. ceterisque interpretibus data, non videtur posse defendi, conferendum tamen est Isl. *sel,* aestiva pecuaria.

p. 330. v. *Valda,* l. 2. pro: *-der,* lege: *-da,*

In vol. I.

Pag. 535. v. *Þrang,* pro: f. lege: n. pl.; et sic quoque in ceteris glossariis, etsi Isl. *þraung* sit fem. generis.

In vol. II.

Pag. 383. v. *Uprættar eþer,* cfr. VML. v. *up ræta.*

In vol. III.

Pag. 315. v. *Faler,* m. cfr. VML., ubi h. v. melius explicatur.

p. 438. v. *Væþia,* l. 26. Locus hic citatus J. 22. sub primam significationem est referendus. Cfr. VML. h. v.

In vol. IV.

Pag. 194, 195, et praef. p. XXII, L, LI. Adnotationem de mutationibus iuris Sudermannici anno 1325 factis, quae, ex codice Parisiensi transscripta, legitur in Add. 12, etiam inveni in codice chartaceo in folio, ius commune Christophorianum versus finem saeculi XVI scriptum continente, ex bibliotheca Excellentissimi Comitis M. Brahe in Skokloster. Illa adnotatio, quae inter alias calci codicis iuris addita est, incipit verbis: *Item Årom effter Gudz byrdh M° CCC° XX quinto* &c. Ex varietate lectionum heic occurrente, haec tantum afferantur: pro *kirkionne* (SML. pag. 195. lin. 8.) legitur *Biscope;* pro *skyl* (lin. 12.), *deell;* et pro *uanu* (lin. 18.), *nampn.*

I.

Iuris Vestmannici

Codex Antiquior.

DEN ÄLDRE CODEX

AF

WESTMANNA-LAGEN.

(*Kristnu balker.*)[1])

1.

SJgnaþe guð meþ sinæ naþa warþi meþ ws allum saman. Oc sancto ma- 1
rio bön wars hærra moþir. oc alguzhælgun. oc þe hælghu kirkiu. ☙ Böndir förþu stuk oc sten. oc gundwal[2]) growu oc kirkio giorþu. Nu ær kirkia war gior. oc till wigslæ boyn. þa giorþu þeer tolf næmpdæ men til biscops. at beþas[3]) præst æfti þy sum ræt ær. Aghin böndir wald at wælia præst slikan þær þe wilia innan sæx manaþa. Siþan vti æru sæx manaþa. hawi þa biscopir wald at fa þem præst slikan þær han wil.

2.

☙ Nu ær præstir takin. þa scal hanum hws fa. ena stuwu. ena laþu. eet biscops hærbærghi. eet stekara hws. eet hæst hws. eet fæ hws. eet wista hws.

3.

Nu scal presti til föþu læggia þæt scal byria niþan warþa a akri. oc lycta owan warþa. at hwar sum niþir combir hwar tyundi tiughir. þær scal han een rök[4]) af hawa. Siþan skal taka þem twa luty þær æftir æru. oc skipta sundir J þry. een lut kirkiune. annan biscopi. þriþia fatökum mannum. §. I. ☙ Bondi skal tiunda præsti sinum hwarn tiunda kalf ælla pæning fori han. hwart tiunda lamb ællæ pænning fori þæt. hwaria tiunda gaas ælla half pænning firi. hwan tiunda kiþling ælla half pænning fori. han skal tiunda kalf

---

(1, cfr. II. KrB. 4.)
(2, cfr. II. KrB. 2: 1.)

3: pr., cfr. II. KrB. 6: pr.
§. 1 = II. KrB. 6: 5.

---

1) Liber de iure ecclesiastico caret rubrica.

2) Lege *grundwal.*

3) Vox *beþas* bis est scripta, at posteriori loco puncta huic voci subiecit scriba.

4) Forte legendum est *lut* vel *þriþiung.*

oc kiþling nyu nata gamblan. oc griiss .XIIII. nata gamblan.[5]) lamb oc gaas vm mikialsmæsso dagh. §. 2. Böndir skulu kirkiu gewa tolf thynnia sæð. oc fiuwr las oc tyughu æng. §. 3. Bondin scal ræta tiund giora. aff ærtum. af humblagarð. af lini hwan sæxtanda fitiæ swa oc af hampu. hwan tiunda fisk aff hwarium fisklekum. §. 4. hwar bonde scal giora tiv pænninga præsti sinum. fori iamlanga offir. oc hwart hion offre en pænning a pascha dagh sum guzlikama takir. oc hwar leghodrængir oc leukuna fiora pænninga at tidha cöp. oc allir þe sum giærninga men æru. þe skulu giora een öre pænninga at tiþa cöp. oc boðsæta gior örthug. æn þön æru tu saman §. 5. ¶ Wighis man meþ kunu sinni. gæwi þrea alnar gwt læriipt. gangir kona J kirkiu æp-
2 tir bonda ælla barn sith. giwi haluan öre[6]) pænninga. ællær fiorar markir
liius. §. 6. Oc scal husfru a. altare bæra leff oc leef sufl. ¶ Wm kirkiumæsso dagh. oc vm hælguna mæssu dagh oc vm iula dagh. oc vm kyndil mæsso dagh. oc vm pascha dagh.

4.

Præstir kan buð fa. man at scripta ella barn at kristna. ella liik wighia. aff þæmma þrim skal han först man at scripta. oc hanum reþscap fa. fori þy at guþfaþir oc gudmoþir maghu barn döpa J. þrangun.[7]) oc giwin namn slit þe wilia. þæn döþe ma længst biþa. Dör man scriptælös præstir buð fangit oc ær vtan forfall. böti þrea markir. ¶ Dör barn v cristit. præstir buð fangit böti þrea markir. §. 1. ¶ Wardir bonde sivkir faar buð præste hawir æi præstir hæst þa skal han taka stol aa halsic[8]) oc gangi til bondans. ¶ Nu wil æi præstir ganga oc bon[9]) dör scriptalös hæti wiþir præ-

---

3: 2 = II. KrB. 2: pr.
(§. 3, cfr. II. KrB. 6: 4.)
§. 4 = II. KrB. 6: 6.
§. 5, cfr. II. KrB. 8: 1.
§. 6 = II. KrB. 9.
4: pr. = II. KrB. 11: pr.; SML. KkB. 9: pr.

---

5) Litt. *l* omissam supra lineam addidit scriba.
6) V. *öre* in fine folii infra lineam est scripta.
7) Lege *þrangum.*
8) Pro *hals sic.*
9) Lege *bonde.*

stir þrim markum. wardir prestir a wæghi vte staddir aghi witu meþ twem mannum sialwir han þriþi. wari swa þræll .i. witnum sum frælsman. §. 2. Liggir owicth lik[10]) vm naat hæti wiþir þrim markir.[11]) Liggir owict andra naat oc þria markir. Liggir þriþiu oc þria markir. aff þæsse sac. takir þriþiung biscopir oc þriþiung malsæghande. þriþiung sookn oc kirkia. þa före böndir liik owict til kirkiu. oc sætin i. kirkiugarð. sæghir presti til. Jorþa lik þætta. iorþar iac æi sæghir han för een iak hawir pænninga mina i. handum. ❡ Laath þa wp kirkiu dyrin. latir iac æi wp sæghir han. þa scal till biscops fara næmð aff soknninni. þa scal han læta fara præst sin iorþa liik þæt.

5.

Böndir sculu kluccara fa. han scal fyrstum J. kirkiu wara oc senstum w fara. han scal wactæ nökkla oc liwss. Böndir sculu strængir til klocku fa. kluckare skal ringia gen baþe quickum oc döþum. §. 1. klockarenum skal föþo fa. hwar bonde leef oc leefsufl oc trö korns. §. 2. Liggir liik owickt j. sokninni fa buþ præste. han can æi hema wara. Sighi þa til klockarenum[12]) wari þær mæþ bondin saclös. §. 3. ❡ Firi bondans sial oc husfru. givi presti nyw allna lærift. firi bondans barn fiora alna lærez.[13]) æn þæt ær at ængo komit. §. 4. Nu scal klockare font wacta. han scal æi længir 3
öppin standa æn fontir wighis oc barn döpiz. standir han længir oppin. can folk handum J. gripa giældi kluckare þrea markir. Gripir man innan þæssa mællum giælde þrea markir. §. 5. ❡ Brindir kirkia aff wangömu. kluckare böte .XL. markir. §. 6. ❡ Warþir klucka lös i. bandum. þa skal kluckare

4: 2, cfr. II. KrB. 11: 1.
5: 1 = II. KrB. 5: 5.
§. 4 = II. KrB. 18.
(§. 5, cfr. II. KrB. 5: 1.)
§. 6 = II. KrB. 5: 4.

10) V. *lik* omissam infra lineam addidit scriba.
11) Lege *markum*.
12) Litt. *l* omissam supra lineam add. scriba.
13) Pro *lærefz* v. *lærefts*.

bondum till sæghia wm een synnodagh. annan oc þriþia. wilia æi böndir vmboa. faldir klucka oc bristir hawin sokna mæn skaþa þæn þeer fangit hawa. Faldir þæssum klucka aa kluckaræ oc dör wnde hænne. bötin attir þan man meþ markum þrættan. taki þæt wp þan sum sandir ærwingi ær at. Sæghir æi kluckare bondum til. at klucka war lös .i. bandum. faldir klucka niþir oc bristir böti attir klucku markum siw. ¶ Faldir klucka þön þær standir pund ælla pundi mera. böti attir meþ markum þrættan. faldir mæsta klucka niþir standir þry pund ella þrim[14]) pundum mera. böti attir mæþ fyrum markum oc tiughu þætta ær eensokn[15]) soknna manna. Sæghir kluckare æi bondum till at klucka ær lös i. bandum. oc dör wndi þere klucku liggi vgildir. Faldir klucku klappir niþir oc slar kluckara i. hæl liggi vgildir. Löpir till annar nokor vtan kluckara buð oc ringir. bristir þa klucka. giældi han klucku attir sum ringde. faldir oc klucka niþir aa han liggi wgildir.

6.

¶ Nu ær barn fööt bæstum hællum. hawir baþi horn oc haar. dragher anda till oc fran. þæt barn skal döpilsi fa ær swen barn taki twa men oc ena kunu. þön sculu kunna. pater noster. oc credo. ær mö barn taki twa kunu oc en man. §. 1. Langt ær til kirkiu fara guzziuiu sculu barn wacta. ¶ Sæghia swa guzziuiu. wi ærum æi för mæþ þæssu barnni ywi scoghin. þy at æfni ær æi i. barnninu. þa scal þæt barn döpa J. watni. J nampn faþurs oc sons. oc þæs hælgha anda. Nw hawir barn döpilsi fangit. þa[16]) skal þæt barn standa baþi arf oc wrf. Dör þæt barn þa skal þæt barn quart læggia. taki een aff guzziuiu oc standi til prestins. taki kluckare stænkil oc
4 wight watn bæri till barns oc stænke a þæt. þa skal þæt till kirkiu föræ oc

(*6: 1, cfr. II. KrB. 10: 1.*)

14) V. *þrim* omissam supra lineam add. scriba.
15) Lege *eensak*.
16) *þ* una cum parte litterae *æ* hic additum, lineola induxit subiectisque punctis notavit scriba.

præstir skal þæt iorþa. glöma guzziuia þy. taka barn oc föra till kirkiu owict. föra ywir bolstað hætin wiþ markum þrim. Föra ywir annan oc þrea markir. föra ywir þriþia oc þrea markir. föra ywir lanð alt giældi æcki þy mera. gangir boot i. þræskipti. takir en lut kunungir. annan biscopir. þriþia bolstazmæn. Combir biscops lænsmaþir oc sighir swa liik ær owict. næi sighia þön. þær[17]) kluckare till witna wara oc gozziuia. fa æi þön þe witne bötin þrea markir. oc gangi bot j. þræskipti. §. 2. Nw kærir biscops lænsmaþir till bondans. at han förþe liik owict till kirkiu. wæri[18]) sik meþ præstins witnum oc twem grannum ælla nagrannum sinum hawir twa aff þæmma wari saclös. oc gangi ængin eþir þær mera æptir.

7.

¶ Nw cuma hion till kirkiu beþas wigilsi oc hionalagh bindæ. þa scal præstir þrea synnodagha i. sanghus durum standa spyrias fyri. æn nokor forfal ær þær i. at þe matin æi laghlika saman wæra.

8.

Biscopir scal vm lanð riþa oc kirkiu wighia. byriar at minstu kirkiu. han scal hawa at wiksla fæ. þær tolf öra eenni borð stallare oc stekare sæx öræ. biscopir scal þrætighi hæsta hawa. æki fle*rum* corn giwa een tyw. Riþir till mere kirkiu. þær scal han hawa þrea markir at wikslæ fæ. stallare oc stekare sæx öræ. oc twænni borð. æi oc flere hæsta hawa æn för. ¶ Riþir till mæstu kirkiu. þær skal han hawa sæx markir at wikslæ fæ oc þrænni borð stallare oc stekare sæx öra oc æki flere hæsta æn fyr

---

7, efr. II. KrB. 20: 1. *8 = II. KrB. 3.*

---

17) Adde *skulu.*

18) Scriptum est *wærin*, at litteram *n* ipse delevit scriba.

9.

Mangt hawir warith oc opta ær ilz dömi. swn kan hæfda moþur sina. ælla faþur doctir sina. böti fori niw markir hwart þera gangi J þræskipti. taki en lut kunungir. annan biscopir. þriþia allimæn. ℭ Hæfdær broþir systir sina. ælla systirdoctir sina. böte hwart þera sæx markir gangi bot sum fyr. hæfdær sin þræ mænning. bötin niw markir baþin. skiptis bot[19]) fyr. Hæfdar fiurmænningin sin. ælla guzziuia sina böte þrea markir hwart þera. skiptis bot sum fyr. ær æi sandir at. wæri sik meþ tolf manna eþe oc wari saclös. §. 1. Witis manni vm twa kunu. han a baþa þöm wæria ella fælla. ℭ Witis manni vm twa skyldar kunur oc fylgias aal wm een swar. stande een lagh fori þem. witis enne kunu vm twa skyldar mæn. warin lagh þe samu. skilias at þön vm swar sin. hawi wæriandi þa witu. §. 2. ℭ Nw sighir biscops lænsman skyldari wara æn þön wiþir ganga. standi a eþe oc witnum þera twæggia manna sum manninum æru skyldasti innan þriþiw byrd. oc þera twæggia sum kununni æru skyldaste innan þriþiw byrð. Kænnis manni guzziuia lagh. oc sighir æi guzziuia lagh wara. wæri sic meþ guzziuium sinum sum a barnni[20]) hioldu. ℭ Æru þön fran fallin. wæri sic meþ tolf manna eþ oc twæggia manna witnum. §. 3. ℭ Wardir man takin J. horsængh meþ kunu. oc meþ fullum skiællum. oc takir agrepp af baþum þem wari san at sak sinni. oc böti þrea markir hwart þera Warþir takit aff aðru. oc æi af baþum. hawi wizorð oc wæri sic meþ twem witnum oc tolf manna eþ. oc dömis af þöm þrea markir. sum þön tooc oskiællika. Bot fori horsæng gangi J þræskipti. taki en lut kunungir annan biscopir. þriþia allimen. §. 4. ℭ Warþir man inni takin meþ annars manz kunu J. sæng hans. Warþir han i. hæl slaghin ella baþe þön. synis þær bloþir a blöiu. ella a

9: pr, 1, 2 = II. KrB. 24: 12.
§. 2, cfr. II. KrB. 24: 14.
(§. 4, cfr. II. ÆB. 6: 2.)

19) Adde *sum.*

20) Had. male legit *barnin.*

sængæ stuk liggi wgildir. oc wil han æi dræpa. han lösi sic meþ fyritighi
markum. oc gangi i. præskipti bot þön. §. 5. kænnir bonde hustru sinne.
ella hustru bonda sinum hoor fori ölstuw. ella fori soknnamannum. fylghi
witni biscops lænsmanne. aghi þa wald at kæra till þes mans ella kunu þær
þæt nampn ær giuith. æ til þæs han hawir lagh ella pænninga. ¶ Faar han
æi witni meþ sik. aghi þa æi wald at quælia han vm þæt. §. 6. ¶ Gan-
gir[21]) man eþ fori hoor. ella frænzsama spiæl. takir siþan samu kunu oc lö-
pir burt meþ. hawi forlöpit wizorþum sinum. eþrin gange attir. kænnis manni 6
ælla kunu hoor ella frænzæmispiæl. gangir lagh fori. föþis barn siþan oc han
ær faþir at sum lagh hawir gangit at þy tali at barn war aaflat. fyr æn
eþir war gangin. þæn eþir gangi till fastu oc fæboth. Sighir oc swa tal til
at þæt barn war aflat siþan eþir war gangin. þæn eþir stande oc böte hoor.
ella frænzæmis spiæl.

10.

